potest cum spatiositate aut velocita-
te. Deinde non cessabit in equalibus du-
abus honeratoribus eius sit in eis tar-
datus. Et si multe fuerit debilitatis
[illegible] feret eam festine et redi-
bit cum tarditate. Si autem virtus fuerit
fortis et instrumentum obediens sed necessitas
erit maior fortitudine temperata virtus
augmentabit velocitatem cum magnitu-
dine. Et si necessitas fuerit fortior erit
cum magnitudine et velocitate spissi-
tudo. Longitudinem quidem magnitudinis
causa per certo efficiunt cum aliquo prohibens

amplitudinem prohibuerit, et elevationem
ad superiora non permiserit fieri sicut duri-
ties instrumenti ubi gratia quod amplitudinem
prohibet et densitas carnis et cutis que
sursum elevari non permittit. Est et cum
amplitudine addit macies, et amplitu-
dinem que efficit aut ventri vacuitas,
aut per ipsam tunica superior super inferiorem
declinet et dilatetur. Aut multa instru-
menti lenitas. Spissitudinis autem causa est de-
bilitas, aut multa necessitas, aut ca-
liditas et parvitas que causa est ut que
necessitati et magnitudinem superat aut fri-
giditas multa diminuta a necessita-
te. Aut nimia incessio virtutis et ad
verum perdictionem proximus. Causa vero debilitati
pulsus ex mutationibus que sunt tedium
et vigilie et evacuatio et macies et hu-
mor nocivus et extraneus superfluus et humo-
rum [illegible] et ipsorum obviatio membris fortis
sensus aut cordi vicini. Et totum illud
quod velox erit resolutive causa durities i
pulsus sunt siccitas cordis vene aut
fortis extensio aut vehementes frigoris
congelans. Et est et cum pulsus in ethicis
durescat ex fortitudine pugne et ipsa
quod membra per ipsam extendunt ad partem ipsi-
us non nature. Lenitatis vero causa sunt
causa naturales mollificantes sicut nutrientes
et egritudinales mollificantes sicut ydro-
pisis et litargia. Aut ea que neque
sunt similia egritudinalia sicut balneatio.
Et diversificatio que est cum causa perseverantia
virtutis est generatis materie cibi aut
humoris. Et cum debilitate virtutis est
pugna causa et egritudinis. Ex causis quidem di-
versitatis est repletio venarum ex san-
guine. Et quod huic est similis removet
minutio. Et plurimum quidem fit diversitas
cum sanguis est [illegible] suffocans
spiritum qui movetur in arteriis. Et propter causam
tensitas fuerit circa cor. Ex causis per[illegible]
ipsi quod eam in brevi efficiunt tempori sunt
stomachi repletio et tristitia et cogitatio
in aliquo. Et cum in stomacho malus fuerit hu-
mor non cessabit diversitas et forsitan
ex eo proveniet tremor cordis et fiet
pulsus tremulus. Et scientiam quidem
pulsus causa est diversitas eius quod in corpo-
re venenum est fusum in putrefactione sui aut
ipsi cruditate aut sui maturatione.
Aut diversitas dispositionis ventrium in du-
ritie sua et mollitie aut apostematis in membris

instrumentum

resistere

Exemplum

vel quocumque

vel tarditate

vel latitudine

vel magnitudine

vel hectici

nuosis. Bis pulsantis vero causa est virtutis fortitudo et plurima necessitas et duritie instrumenti quod non obedit ei quod virtus ipsi precipit de diastole in una vice. sicut cum quis vult una percussione aliquid incidere et non obedit ei [illegible] ab alia et perficit cum necessitas subito augmentatur. Serrinus vero pulsus causa quidem est virtutis debilitas que de labore ad quietem ordinate procedit vel de quiete ad laborem. Si ille qui in una permanet dispositione plus est virtutis debilitatem significans. et caudam quidem sorzana et qui ei similis existit est plus significans fortitudinem aliquam et quod debilitas non est in fine. Sed eius deterior est cauda fimitua. deinde masiua. postea cauda reditiua. Cadentis autem in medio causa est virtutis lassitudo. et cum defecerit aut accidens subito uel eius. ad quod [illegible] et [illegible] subito redeunt. et spasmosi quidem pulsus cause sunt motus non equales in virtute aut in malitia inequalitate instrumenti pulsus. Vermiculus procedit ex fortitudine et instrumento duro et necessitate forti. Sine istis est non proueniet. Formicosi autem est cum eis cum existit virtutis debilitas secundum plurimum et non potest fieri diastoles nisi paulatim et paulatim et est in eo instrumenti lenitas cum eo existit. licet virtus non sit valde debilis. Instrumentum namque molle et humidum concussionem et motum non recipit quam in unaquaque penetrent parte. Quemadmodum siccum quod est durum recipit. quoniam siccitatis compassioni est apta et tremori. et durum quidem sic a finis sui principio motum mouetur. molle vero humidi parte possibile est moueri. et alia a parte motum ipsum non percipere quod cito recipit sequitur et flexionem et diuersitatem in figura. Et vermiculosi quidem pulsus et formicantis causa est fortis debilitas. ita ut tarditas et spissitudo et diuersitas in partibus pulsus coniungantur. quoniam virtus instrumentum in una hora dilatare non valet. sed paulatim et paulatim. Causa autem pulsus mali potestatis. si pulsus quidem fuit in dispositionibus temporis quietis est augmentum necessitatis. et si in dispositionibus temporis motus fuit est augmentum debilitatis aut necessitatis priuatio. Sed pulsus temporis motus uelocitatem diastoles alius est ab hoc. Et cause quidem pleni et vacui et calidi et frigidi et eleuati sunt et submersi inferius manifeste sunt. **Capitulum vii. de pulsu etatum et masculorum et feminarum.**

Masculorum pulsus maiores feminarum sunt et fortiores valde propter vehementiam virtutum eorum et necessitatis ipsorum. et propterea quod eorum necessitas magnitudine completur est eorum pulsus tardior pulsu mulierum et rarior secundum plurimum. et omnis quidem pulsus in quo perseuerat virtus et est spissus. oportet ut procul dubio sit uelox. est enim cum ante est uelocitas quam spissitudo. propter hoc ergo sicut pulsus masculorum est tardior ita est rarior. puerorum vero pulsus est lenior propter humiditatem et est debilior et spissior quoniam calor est fortis. sed virtus non est fortis eo quod nondum sunt completi. puerorum tamen pulsus comparatione quantitatis eorum est magnus. quoniam eorum instrumentum est valde molle. et ipsorum necessitas est fortis et eorum virtus comparatione paruitatis corporis ipsorum non est pue quantitatis. uerumtamen eorum pulsus comparatione pulsus completorum non est magnus. Sed est uelocior et spissior propter necessitatem in pueris namque multiplicatur fumosi vaporis collectio propter multam digestionem ipsorum et frequentiam cibi in eis. propter hoc valde est necesse ipsum expellere et calorem ipsorum innatum euentare. Iuuenum vero pulsus est multe magnitudinis. et non est multe uelocitatis. immo in ipsa est valde diminutus. et in spissitudine et ad raritatem tendens. et illorum quidem pulsus qui in principio iuuentutis existunt est maior. et eorum qui sunt in medio iuuentutis existit eius fortior. Et nos quidem iam declarauimus quod calor in pueris et iuuenibus fere est similis. ergo necessitas in eis est propinqua. Sed virtus in iuuenibus est augmentata. habent ergo ex magnitudine quod in ipsis restaurat quod defuit ex uelocitate et spissitudine. et propter quod rei vim proueniet magnitudo est virtus. Sed necessitas est appetens. et instrumentum quidem est adiuuans. Senum autem pulsus est minor propter debilitatem et minoris necessitatis. propter hoc causam et propter diminutionem necessitatis. et propter hoc est rarior. et pulsus senum qui iam multum processerit in annos est paruus. et rarus et tardus. et est in eis mollis propter humores extraneos et non propter naturales. **Capitulum viii. de pulsu complexionum.**

Pulsus cali[de] complexionis uehementis est necessitatis. Quod si virtus conueniens et instrumentum eius pulsus magnus. Sed vero vnum eorum diuersificatur.

vel virtute

vel succedendo

vel vehemens

i. est masculina

vel molior

Vide de pueris

erit quemadmodum dictum est in precedentibus.
et si caliditas que non male fuerit comple
xionis immo non licet complexio fortis et sa
na et virtus multum fortis. Nos extimes
quod si calor innatus fortis fuerit quantumque
sit minuitur ex virtute. immo ex eo pro
venit in illa spiritus fortitudo et in anima an
datia. Calor vero complexionis malitia sequitur
quanto plus augmentatur fuerit tanto plus
in virtute debilitatem augmentabit.
Sine vero frigida declinat pulsus ad par
tem diminutionis sic proprie est parvitas
et post tarditas et raritas. cumque instrumentum
fuerit molle erit latitudo eius augmenta
ta et similiter tarditas et raritas. Et si
durum fuerit erit minus hoc et debilitas que
quando mala complexio frigida hereditarie facta
maior est ea quam mala complexio calida facta
hereditarie. quoniam caliditas innato magis
est conveniens. Complexionem vero humidam sequitur in
undatio et dilatatio. et siccam que sequitur
est coangustatio et durities. Amplius si fuerit
fuerit fortis et necessitas multa accidet
bisplsans et spasmosus et tremulus.
tum deinceps compone confirmando primum est
propterea cum uni homini accidit ut duorum laterum
ipsius diversificetur complexio. erit ergo unum ipsorum
frigidum et alterum calidum. et accidit ut diversi
tate que provenit ex caliditate et frigiditate ho
rum duorum laterum pulsus diversi fiant.
eritque pulsus calidi lateris pulsus
calide complexionis et lateris frigidi pulsus
complexionis frigide et ex hoc quod scitur quod pul
sus in diastole sua et sistole non secundum
modum accessionis et recessionis cordis.
immo secundum motum diastoles et sistoles
ipsius cordis arterie. Capitulum viiii. de pulsu

Inuenire quod est. cum pulsus est temporum.
parvus non tamen in omnibus et est in fortitudine
augmentatur. In estate vero est velox et spis
sus propter necessitatem. et parvus et debilis propter
virtutis resolutionem. que est propter resolutio
nem spiritus que fit propter calorem exteriorem dum
tum superfluum. et in hyeme que est maio
ris raritatis et tarditatis. et debilitatis cum hoc
est parvus quoniam virtus debilitatur. et in quibusdam
corporibus accidit ut calor in profundo teneatur
et adhuniet. et virtus fortior fiat. et hoc est
cum complexio calida est dominans et refrenatus
fugit et non propter ipsum patiens. nisi frigiditas ad fun
dum vadit. In autumpno autem est pulsus
diversus et tendit ad debilitatem quandam.
Sed ipsius diversitas est propter multitudinem com

mutationis complexionis accidentalis in autump
no nunc ad calorem et nunc ad frigiditatem. et ipsius
que debilitas quoniam complexio eius
diversa secundum dictum est nocumentum quam
similiter equalis sit mala. et quod autumpnum
est tempus in hieme quoniam calor in eo de
bilitatur et siccitas fit fortior. temporum
vero pulsus que sunt inter tempora temporibus pro
pinqua que sunt circa ipsa. Capitulum x. de

Regionum

Regionum quedam sunt pulsu regionum.
temperate vernales. et quedam sunt calide esti
vales. et quedam sunt frigide hyemales. et quedam
sicce autumpnales. Iudicia ergo pul
suum erunt in eis secundum modum quem iam
diximus de pulsu temporum. Capitulum xi. quod operetur in
pulsu quod accidit ibi. Aetatis cum

Aduenientia et ipsum in gradiendo pulsus
dispositio mutatur qualitate sua et quantitate.
Secundum qualitatem quoniam si ad calefaciendum
declinaverint aut ad infrigidandum mu
tabunt ipsum secundum hoc. et quantitate quoniam
si equalia fuerint fiet pulsus in magnitudi
ne augmentatus et velocitatis maioris.
et spissitudinis propter augmentum virtutis et ca
loris. et permanebit hec mutatio aliquan
diu. et si plurime magnitudinis valde fu
erit pulsus diversus absque ordine propter
gravitatem incumbentis super virtutem. quoniam
ex omni gravitate provenit in pulsu diversitas.
et quod examinavit archigenes quod eius
velocitas erit tunc multo maior quam spis
situdo. et hec mutatio est per senectutem. quoniam
cum persenuerit hec sit multitudinis mi
noris hacque est diversitas ordinata.
Quod si pauce fuerit quantitatis erit pulsus
minoris diversitatis et magnitudinis
et velocitatis. nisi eius mutatio diu per
durabit quoniam materia pauca cito digeritur.
Amplius si fuerit destinat et debilitet ex
multitudine aut paucitate quecumque
fuerit, similes erunt pulsus in paucitate et
raritate usque in fine rei. Et si non for
tis fiat indigestio et conversio fiet
pulsus temperatus et unum in proprietate habet. et est
quoniam ex multitudine ipsius licet sit subtile
provenit diversitas. ex ipso tamen non provenit quod
sit tantum quantum in quod provenit ex nutrimentis
que sillantur. et hoc quod est propter raritatem sue
ipsius et subtilitatem eius et levitatem. Cum autem
unum in actu est frigidum. provenit ex eo quod
provenit ex aliis frigidis in minorando
et magnificando et tardando velocitate sue
penetrationis. deinde cum in corpore calefit re

calori

vel medietatum

scilicet sanguis egrediens cor et regrediens ab eo.

in alio sanguis

in alio est ... augmentatur in fortitudine

et

est

erit

mouet uelocit q ex eo puenit frigi
ptea cu in cor penetrauit. et fuit calidus
n elongabit multu a cal. et accidet ue
lox resolutio q si cu e frigidu pene
trauit fiet ex nocumento q n fit ex alijs
frigidis rebus. qm ille tardat donec
calefiat. in eorum penetratione e ita ue
lox ut isti. Jtem cu uelocit penetrat
q ipi compleat calefactio. et cu q est i
pedimtu e magnu et proprie in corporibus
q oppillationi sunt apta. et ue e sicut
ipedimtu calefactionis ipi cu ipm
calidu penetrat qm ei calefactio in
pn obuiationis n peruenit ad h ut ma
gnu faciat ipedimtu. imo n ei ob
uiat cu patiente et distributione et resolu
tione. frigidu u e cu nat offic fac et colu
turi exigunt. an q a dispositione
et distributione et resolutione peruenit.
h q peruenit ex uino multitudine
sue qntitatis et calefactione ipi et frigi
ditate. Cu aut ipm osiditu fuit cu
fortitudine effic e alia habebit uirtutem
qm ipm sua essentia fortes efficit
sanos. pptea q uelocit plet augmtu
i sua sps. Sed h calefactio et infrigidatio
q ex eo fuit plurima cor ipediat. e tn
cu unaq eaz cu aliq peruenit oplet.
et e cu n puenit. e ita cu res frigide eos
fortes reddut q complexio calida mala
hnt sic dixit G. q sucre gnata calefa
ctio sep fortes effic et ydromel infri
gidatos sep reddit uigorosos. uinu
ptea un e calidu n aut frigidu n e cu
q sdam fortes fac. et q sdam debilitat. no
tn e p uino nec de h. imo uirtute ei qua
uelocit ad sps ouertit. qm h sep ht p
sua essentia. q si uinu hora duoru ipi
i aliq cor inuenerit augmtabit i faci
endo fortitudinem. et si ei ptrariu extiterit
minui fortitudine faciet scdm h. Jpm
g pulsu ouertit scdm h. qm si fortitudi
ne faciet in pulsu augmtabit for
titudinem. et si calefaciet in uelocitate
efficiet augmentu. et si infrigidabit
minorabit uelocitate et scdm plurimu i
fortitudine faciet augmentu. nuq aut
in uelocitate effic augmentu qn in uelo
citate addat. Aqua u e pptea q nutri
mtu penetrare fac uigorat et sulitudi
ne epitionis uiui opat. et qm n ca
lefac imo infrigidat n tn auget i uelo
tate q tu uinu. Cap. xii. q agat sop

nus et uigilia in pulsu.
Pulsus q uiditur in sopno diuisifi
cat sz hora sopni et scdm dispone digne
stionis. pulsus g i pn sopni e paru
et debilis. qm motus caloris nat tunc ad
ostringendu et ad iungendu et n ad dila
tandu et magnificandu. qm ipe i hora
illa tunc tendit ad occultu pptea q ipm
aia mouet ubi ad interius digerendu
et maturandu suplfluitates. et e sic su
ptus et obsessus pculdubio pulsus
q e maioris tarditatis et raritatis.
qm h i calore accidat augmtu scdm
ostrictione et coadunatione. tn pruat
e ei augmtu q ht in hora uigilie
pp motu calefacientem. et motus q e
pulsus e ad inflamandu et inclinadu
ad parte maliciei complionis. Sed ostric
tio et coadunatio recipit numeris sunt
inflamationis et minui exhibuit calore ad
estuatione. tu g e h scias ex h anheli
tus lassiet ipi estuatio multo ma
iores sunt anhelitu et estuatione ei cu
calor e ostrictus pp eu q filis e sopno.
ubi g scdm si in aqua tepide frigiditatis q
sit expgefactus. h calor ostringat et fugi
at ex h. si tn augmtu anhelit ei pue
nit ad i adq peruenit calor et exitum
q fuit ei pprium. Cuq bn osiduuis n i
uenies aliqd q calore uehemeti icen
dat q labor et motus et uigilie q e calo
re n efficiut motu cordis ita ut cu cor
quieuit n sit ipe uera imo faciut ca
lore pptea q sps ad exteriora mouetur. et
motus ei ad ea e scdm otinuitate cuius
e ei generatio. cu aut cibus digestus e in
sopno redit pulsus et fit fortior pptea
q uit augmtu recipit uirtute et reddit
illud q ad pfundu descendit ad re
gendu uirtutes ad exteriora et ad suu
pncipiu. et pp h i magnificat de pul
sus multu et pptea q complionis calitas
pp nutritu auget qadmodu diximus i
instrumto i auget leuitas pidq
ad ipm ex nutrimto peruenit. uerutn
tn sua magnitudine n auget ueloci
tate in spissitudine. qm h n e i q
de uelocitate plet augmtu. et hic i n e
[illegible] restaurari ex eo q uelocitas e
magnitudine sola. uerum qm cu dormie
te sopnu pseuauit fiet pulsus debil
pp caloris in nata ostrictione et uirtutis
opressione sui suplfluitatibus q etia

cuiandi erat scilicet euiaciationis modus
qui sunt in uigiliis ex quibus est exitatiuum et
euiaciationes que non sentiuntur. Cum autem
sopnum in principio euiaciationem inuenit
et nec inuenit aliquid ad quod digerendum
tendat. declinabit complexionem ad partem
infrigidandi perseuerabit igitur paruitas
et tarditas et tarditas in pulsu
et incessanter augmentabuntur. Vigili
e tamen diuisa huius iudicia. cum enim dormiens
euigilabit naturaliter sui declinabit
pulsus ad magnitudinem et uelocitatem
ordinatam. deinde ad suam naturalem
redibit dispositionem. Sed subita
cum euigilatio accidit ut pulsus eius
illico cum a sopno remouetur quiescit.
quoniam uirtus cordis eo quod subito euenit
uictrix est. deinde post hec redit ad eum pulsus
magnus uelox. spissus et diuersus
ad tremorem. et quoniam motus est similis in
oletto id non inflammat. Et quoniam natura
subito mouetur ad repellendum naturalis
quod accidit igitur motus accidunt diuersi
et tremit pulsus. Sed tamen si hec non
longo perseuerant tempore. immo ad equalitatem
cito redit quoniam hec eius cum sit que fortis.
eius tamen durabilitas est pauca et cognitio
destructionis ipsius est uelox. Cap. xiii.

De iudicio pulsus exercitii.

IN principio quidem exercitii et donec est temperatum pulsus fit magnus
et fortis. et hoc quidem est propter augmentum caloris innati et fortitudinem ipsius et fit
quod uelox et spissus ualde propter superfluam necessitatem que facit motus. Sed si perseuerauerit et fuerit plurimum aut hec fuerit breue cum tamen fortissimum destruetur que ex
fortitudine peruenit et debilitabitur
pulsus et fiet paruus propter resolutionem
caloris innati. Sed ipse fiet uelox
et spissus propter duas res. quarum una est
augmentum fortitudinis necessitatis. et
altera est quoniam uirtus retinet ne magnitudini sufficiat. propterea uelocitas incessanter minuitur et spissitudo augmentatur secundum quantitatem eius que ex uirtute debilitatur. Deinde ad ultimum si exercitium
perdurauit et debilitauit. fiet pulsus formicans propter debilitatem et spissitudinem fortem. propterea si magis superfluum fuerit et ex ipso quidem ad mortem peruenitur. efficiet quod omnia faciunt resoluentia. et reducet pulsum ad hoc ut sit
uermiculosus. deinde faciet ipsum declinare ad raritatem et tarditatem cum
debilitate et paruitate. Cap. xiiii. De

iuditio pulsus eorum qui balneati sunt.

BAlneatio autem est cum aqua calida
aut cum frigida. Si enim autem cum aqua
fuerit calida in principio peruenient ex ea fortitudinis et necessitatis iudicia. cumque
multum resoluit debilitabit pulsum.
Galienus quoque dixit. fit tunc paruus et tardus
et rarus. dicemus igitur debilitas quidem et paruitas pulsus procul dubio erit. Itaque
calida cum interioribus corporis calefaciendo efficiet calorem accidentalem fortasse non durabit. Sed ad suam naturam que est in
frigidandi redibit. et fortasse durabit et permanebit. quod si accidentalis qualitatis iuditium superauit. fiet pulsus
uelox et spissus. et superauit quod ex non
sua peruenit fiet tardus et rarus. et in eius ...
lesione accidentalis ad tantam uirtutis resolutionem peruenit ut sincopis sit propter
qua fiet et pulsus tardus et rarus. Sed
balneationis cum aqua frigida facte
frigiditas si penetrauerit debilitabit
pulsum et faciet paruum et efficiet raritatem et tarditatem. et si non penetrauerit
immo calorem ... augmentabit fortitudo et ... paruitas ... minuentur uelocitas et spissitudo. Ex aqua
... existentibus que sunt ...
... in pulsu augmentatur
et eius magnitudo minuitur. Sed ...
uelocitate in pulsu augmentatur. Si autem uirtus resoluitur erit
quod iam diximus. Cap. xv. De pulsu qui est in

mulieribus pregnantibus et de pulsus pregnantium.

NEcessitas que ineis est multa propter
continuitatem filii in attractione aeris. Ipse
enim quidem duabus attrahit necessitatibus et
duabus aeris attractionibus. Sed uirtus
procul dubio non augmentatur nec multum
minuitur nisi quantum est propter lassitudinem paruam que peruenit ex pondere pregnationis.
propter hoc igitur iuditium uirtutis medie et
necessitatis fortis uincit. et augmentatur
pulsus. et fit uelox et spissus. Cap.

xvi. De pulsu dolorum.

DOlor mutat pulsum aut propter fortitudinem sui.
aut quia est in membro principali. aut propter longam moram suam. et dolor quidem cum in suo principio
fuerit faciet uirtutem ebullire et mouebit ipsam ad resistendum et refrenandum.
et inflammabit caliditatem. fiet pulsus

magnus et velox et maioris spissitu
dinis. quoniam fixio magnitudinem facit et ve
locitatem. Cumque dolor ad finem sue for
titudinis pervenerit propter id quod dixi de mo
dis procedet minoratio. et redibit ad in
feriora donec magnitudinem perdet et velo
citatem et in eorum loco supplebunt spissitu
do fortis et parvitas et formicatio et vi
miculatio et si augmentatur fuerit addu
cet ad raritatem et predictionem. Capitulum xvii.

De pulsu apostematum.

Apostemata alia sunt que febres efficiunt et hec propter
eorum magnitudinem aut propter nobi
litatem membri in quo sunt et pulsum in toto
corpore mutant secundum mutationem febris propriam.
et nos ipsam dicemus in suo loco. et a
lia sunt que febrem non faciunt et mutant
pulsum membri in quo sunt propter presentiam et est
et cum reliquo corpore pulsum mutat per
accidens. Sed non propter hoc quod est apostema. Et propterea
quod dolorem efficit. apostema autem quod pulsum
mutat aut ipsum mutat per speciem su
am aut per suum tempus. aut per quantitatem suam.
aut per membrum in quo est. aut per accidens
quod sequitur ipsum et comitatur. De non per suam
speciem mutat est sicut apostema calidum cuius
per suam speciem pervenit ut mutetur pulsus
ad serrinum et ad tremorem et occupi
lationem et velocitatem et spissitudinem.
non enim contraria sit cum duritia quam preter naturam
serrinum destruat et in eius ipsius inequali
tatem suppleat faciat verum et tumor
et velocitas et occupilatio et spissitu
do ipsum semper comitatur. Et quantum ad modum
eorum quidam sunt que serrinum preter naturam prohi
bent similiter sunt quidam eorum que serrinum pre
ter naturam augmentant et ipsum apparere faciunt.
et molle quidem apostema pulsum facit un
dosum et si fuerit valde frigidum ipsum
efficit tardum et rarum. Durum vero
apostema preter naturam serrinum augmentat. In
ceptione autem cum fit collectio apostematis
pulsum convertit de preter naturam serrinum ad
undosum preter naturam propter humiditatem et le
nitatem que ipsum leniunt et prohibet augmen
tum in duritie propter suam quantitatem. ve
locitas autem et spissitudo multotiens
alleviantur propter caloris acuitatem quiete
cum maturationis. Mutatio vero ipsius
cum suorum temporum est quoniam dum crudum apostema
existit in augmento preter naturam serrinum
et quecunque diximus sunt in augmento et eius
durities semper augmentatur propter exten

sionem que augetur et in tumore propter dolorem.
Cum autem ad statum pervenerit omnia augmentatur
accidentia preter id quod fortitudinem sequitur. Ipsum
namque debilitatur in pulsu et in spissitudine
et velocitate augmentum prohibet. Deinde si prolo
gabitur velocitas destruetur et redeundo fiet
formicans. Cum autem minuetur et resol
vetur aut aperietur. fiet pulsus fortis.
propterea quod virtus exonerabitur a pondere et ces
sabit ipsi tremor propterea quod dolor extensi
vus minuetur. Secundum vero quantitatem suam quoniam
magnum facit ut iste dispositiones maiores
et magis augmentatae et secundum suum membrum.
quoniam ex membris nervosis provenit augmen
tum in duritie pulsus et in preter naturam que habet
serrinus ipse. et ex venenosis quidem prove
nit augmentum in magnitudine sua et
velocitas et durities multa. et propterea
est sicut in eis superantur fiunt arterie.
sicut in splene et pulmone. et non durabit
hec magnitudo non quantum perseveravit forti
tudo. et membra humectiora et lenia ipsum
faciunt undosum. Sicut est cerebrum et pulmo.
mutatio vero que apostema mutat pulsum im
mediate. sicut est apostema pulmonis quod
facit pulsum tremulum. et apostema capitis
quod facit ipsum inequalem. et apostema re
num quod facit ipsum strangulatum et apostema
membri fortis sensus sicut stomachus et diafrag
matis facit ipsum spasmosum et sinco
pizatum. Capitulum xviii. De diversitatibus pul

sus quam facit passio accidentium anime.

Ira quidem passio accidentium anime
quod virtutem fervere facit et spiritum subito
dilatat. pulsum facit magnum ad supe
riora se elevantem velocem et spissum inequalem
non tamen diversitatem cadentem. quoniam passio exi
stit similis. Si vero timor ei admisceatur qui
una vice superat et alia vice superat.
et similiter sive ex alia ei admisceatur aut con
cretas ab intellectu quod tacet propriat
et ne ferveat ad malum inferendum
illi cui irascitur. Et ex deliciis quidem
propterea quod ad exteriora paulatim movet.
non pervenit ad id ad quod pervenit ex ira in
velocitate et spissitudine. immo est cum
ei magnitudo sufficit necessitati et est tar
dus et rarus. Et similiter pulsus letitie quoniam ipse
fit magnus secundum plurimum cum lenitate
et attinget tarditati et raritati. In tri
stitia vero propterea quod calor suffocatur et sub
mergitur et fortitudo debilitatur. oportet ut
sit pulsus parvus et debilis et rarus
et tardus. Timor vero qui subito venit pul

sum facit velocem diversum et inordinatum. Et consuetudo et quod ordinate provenit mutat pulsum secundum modum mutationis sollicitudinis.

Capitulum xviii. de mutationibus [pulsus ex] rebus que sunt contra naturam.

Ab eis fit mutatio aut per hoc quod accidit de eis ex malitia complexionis. et inquantum ita sauciunt (?) pulsum cuique complexioni. aut propter hoc quod virtutem constringunt et pulsum faciunt diversum. et si constrictio valde fuerit fortis erit sine ordine et absque proportione. et constrictiones que fiunt est omnis materialis multitudo sive sit apta sive non sit apta. aut propterea quod virtutem dissolvunt et faciunt pulsum debilem. et omnia hec sunt sicut dolor fortis et egritudines [illegible]ales que sunt fortis resolutionis.

Summa secunda est de urina et egestione. et in ea sunt tredecim capitula. Capitulum primum est in modo (?) [et] significationis universalis de urina.

Ad dispositionum urine non oportet credere nisi prius quam conditiones observate fuerint. oportet ut urina que consideratur sit prima urina que mane colligitur et non permaneat longo tempore et non sit ex nocte reservata. et sit ille cuius est qui aquam non bibit et cibum non comedit et non sit qui in cibo aut potu rem tingentem accepit sicut crocum et cassiafistulam. quoniam urinam tingendo ad citrinitatem et rubedinem mutant. et sicut olera que tingendo mutant ad viriditatem. et almuri quod ad nigredinem. et vinum quod mutat urinam secundum suum colorem. et sit quod exteriora sua retingentia non fecerit sicut alchanna. quoniam cum aliquis ex ea tingitur fortasse eius urina ex ea inficitur. et sit quod rem que cum urina aliquem humorem expellit assumpsit sicut cum coloquintida aut flegma expellit. et sit se cavens motibus aut operationibus aut dispositionibus que sunt extra cursum nature que urine colorem mutant sicut ieiunium aut vigilie aut labor aut timor aut ira. omnia enim hec urinam tingunt secundum citrinitatem aut rubedinem. Et coitus urinam valde impinguat. et similiter vomitus et evacuatio. quoniam et hec colorem mutant et similiter quod in urina esse debent. et similiter cum ipsa multis permanserit horis. quoniam propter diuturnitatem quam post sex horas consideranda non est. quoniam ipsius significatio debilitatur et color mutatur et ypostasis dissolvitur aut mutatur aut fit spissior. Quamvis ego dicam quod non post horam unam. Urina preterea tota integre colligenda est

in urinali magno [vel amplo] ne ex ea aliquid effundatur. et eius que disponitur illico cum mingitur non est consideranda. sed non prius quam in urinali residet. et observandum est ne sol eam tangat neque ventus neque pereat aut ne congelet donec ypostasis separetur et significatio compleatur. non est descendit illico cum mingitur. in multis sive maturationis et non colligatur in urinali in quo alia sive urina nisi prius fuerit ablutum.

Amplius urine puerorum significatio est parva et precipue infantium propterea quod lacte utuntur et quod materia tingentes in eis est quiescens et submissa. in corpore quod non existit ex debilitate et multa dormitione quod maturationis significationem prebeat. Et instrumentum quod colligendi urinam est oportet vitreum album nitidum sicut vitrum clarum aut cristallus. Scias autem quod in urina quanto plus ea est a prima (?) tanto spissitudo augmentatur et quanto plus elongas eam a tempore augmentatur in ea claritas. et per hoc differt ab omnibus falsitatibus que sunt in ea quibus media exprimitur cum eis ostenditur. cum urina in urinali colligitur custodienda est a nimietate frigoris et solis et venti. et oportet ut in lumine aspiciatur ita quod super eam non cadat radius. immo ab ipso tegatur et sic in ea iudicetur de accidentibus que in ipsa apparent. Scito etiam quod prima significatio que in urinalibus est de dispositione epatis et viarum aquositatis et super dispositiones venarum et eius mediantibus alias demonstrat egritudines. firmior tamen eius significatio est illa que de epate existit et precipue de dispositione gibbositatis ipsius. Amplius significationes que ex urinis habentur ex septem sunt accepte generibus. genere coloris. et genere substantie. et genere claritatis et turbulentie. et genere ypostasis. et genere quantitatis in paucitate et multitudine et genere odoris et genere spume. Sunt vero quidam qui in hec genera ponunt genus tactus et genus saporis. Sed nos prosequimur (?). Cumque dicimus genus coloris intelligimus id quod visus in ea sentit ex coloribus scilicet nigredinem aut albedinem aut que inter eas existunt. et cum substantie genus dicimus intelligimus dispositionem ipsius in grossitudine aut tenuitate. et cum dicimus genus claritatis et turbulentie intelligimus quod penetratio visus in ea est facilis aut

nem. Inter hec autem genus et genus sic existit
differentia. quoniam plerumque est substantia grossa et
clara sicut album ovi et gluten piscium
non liquidum et vitrum liquidum et oleum. et ple-
rumque est res subtilis sicut turbida sicut aqua tur-
bida que est magis tenuis quam album ovi.
Turbulentie autem causa est permixtio partium colo-
rum humorum citrinos fuscos aut in aliis
coloribus infectos que ab aspiciente sen-
su non sunt percepti et prohibent puritatem
et non per se paruit. Inter causam vero et ypostasim
existit differentia. quoniam visus plerumque cog-
noscat ypostasim. Similiter inter ipsam et colorem
est differentia. quoniam color per totam humoris
substantiam procedit cum maiori permixtione.

Capitulum ii. de signis colorum urine

De coloribus urine sunt gradus citrinitatis.
sicut pallearis. deinde citrinus. post flavus.
deinde ruffus. postea citrulanus. postea igneus
qui dicitur croceus similis. et ipse que est vehe-
mentis citrinitatis. post croceus qui similatur capillis
zafarani. et iste est quem vocant rube-
um clarum. Omnes autem qui sunt post citrinitatem
tem significant. Secundum eos qui eos diuisi-
cant gradus. et est quod cum accidunt propter vehe-
mentes motus et propter dolores et propter famem
et propter aque abstinentiam. Post istos gradus
non predictos existunt gradus rubedinis.
sicut rubeus et roseus. rubeus ob-
scurus. rubeus pulverulentus. et est quod
sanguinis dominium significat. et in omnibus in
quibus est color zafarano attinens. est sig-
nificatio dominii colere rubee. et in omnibus que
pulverulento attinent est significatio
dominii sanguinis. et igneus quod magis
significat calorem quam rubeus et pulveru-
lentus. sicut colera rubea calidior est quam
sanguis. et color quod urine in egritu-
dinibus acutis incedentibus tendit ad co-
lorem zafarani et igneitatem. quod si ibi
fuit tenuitas aliqua maturationis sig-
nificat dispositionem et quod iam incepit. Si non ap-
paruit in substantia. Si vero autem citrinitas for-
tior fiat et usque ad igneitatis perveniat
terminum et ad finem in eis significat quod calor
incessanter processit et iste quod est finis
citrinitatis. quod si in ipso claritas aug-
mentetur calor iam sit diminutionem incre-
dit. Sed preterea cum in egritudinibus acutis sangui-
neis urina sicut ipse sanguis mingi-
tur. apertionem vene ibi non existente. et
significat repletionem superfluam. quod si paula-
tim mingendo emittitur et est cum odore ma-

lo est significatio timoris et timetur ex ea
ne sanguis ad loca suffocantia fusus
deruerit. et ea quod prior est cum est subtilis
in colore suo et dispositione. Cum autem ex ea
multum mingitur est cum est significatio bona
cum febre acuta et commixtio. quoniam est cum
significatio crisis et sanitatis non in primo
subito attenuetur. Cum quod sit hora crisis.
quoniam tunc erit readuationis significatio.
Et similiter sitienti post crisim ordinatam
fuerit. Si vero cum urina adeo fuerit
maioris rubedinis donec ad nigredinem
tendat et pannum taliter tingat ut remo-
veri possit. et quanto plus fuerit erit sani-
or. quoniam cum urina in ipsa fuerit alba aut
rubea parum rubedinis ycteria in
sua dispositione manente timetur ex ea ydro-
pisis. famesque est ex eis quorum urina
vehementer tingit et ipsam valde acuit.
Post vero fuerit gradus viriditatis sicut urina cuius
color pistaceorum colori attinet. deinde
cuius color est similis colori eruginis eris.
postea illa cuius color est similis colori yride.
deinde cuius color similatur indico. postea que similis
est succo porri physicalis non significat frigiditatem.
et similiter omnes in quibus existit viriditas post
eam que eruginem eris aut succo porri si-
milatur. Hec namque vehementes significant
incendium. Inventum succo porri similis
sanior est ea que erugini eris. Et illa
quod que erugini eris similatur post laborem
significat spasmum. viridis que in pueris spas-
mum significat. quod non colore yride habet fri-
giditatem vehementem secundum plurimum sig-
nificat. et antequam perveniat urina vi-
ridis. et quod cum dixerit que significat venenum in
potu fuisse haustum. et si fuerit in ea y-
postasis spes erit vite. et si non timetur
ei. Erugini vero eris similis vehementer sig-
nificat predictam. Gradum autem coloris
nigri. alius est niger qui ad nigredinem ten-
dit secundum viam coloris citrini. Sicut est in
yctericia et significat colere rubee spissitu-
dinem et eius adustionem. et coleram nigram
que accidit ex colera rubea. et significat yctericiam.
et alius est que ex fusco pervenit ad nigredinem.
et significat coleram nigram. et alius niger qui pro-
venit ex viriditate et colore indico
simili et significat coleram nigram puram. et ad sum-
mum quod urina nigra significat aut vehe-
mens incendium aut forte frigus aut
mortem aut caloris nil suspitionem.
aut crisis et expulsionem nature quia ipsa

Vel sanius
Vel sunt
In alia scilicet illa est fla vitatis clara.
Vel ipsa
In alio postea sanguineam.

colere nigre expellit superfluitates.
Que autem ex incendio fit. cognoscatur quoniam
cum illic est fortis ardor. et ante ipsum uri
na citrina et rubea. et hypostasis est di
uisa. et inequalis et incontinua. et non est uehe
mentis nigredinis immo trahit ad colorem
croci et citrinitatem aut ad fuscitatem. et
si ad citrinitatem trahit significat multum
hyctericiam. Uerum quod ex frigiditate que
fit cognoscatur ut ante ipsum habeat uri
na que ad uiriditatem trahat aut liuidi
tatem. et est sedimen paucam uictum ac siccitatem
siccam. et nigredo in ipsa est paucior. et est et cum
inter duas complexiones differentia notatur quoniam
quoniam cum urina nigra fortis odor fuit si
gnificabit caliditatem. et cum fuit cum eius o
doris priuatio aut fortitudinis eius debi
litatis significabit frigiditatem. cum enim
natura ualde fuit suppressa odor non est
in urina. Illud autem quod ex casu caloris
accidit innati. cogitatur propterea quod in ipso in se
quod fortitudinis casus. et eius dissolutio.
et liquide quod accidit secundum modum purgatio
nis et crisis. cogitatur sicut quod accidit in fi
ne quartanarum. et cum splenis egritudines
soluuntur. et dolores dorsi. et matricis. et
febres melancolice et nocumenta que ex
menstruorum accidunt retentione. et reten
tio eius quod ex sanguine fluere solebat
per anum et precipue cum naturam et ars in pro
cinctu iuuat. et sic accidit mulieribus
quarum menstrua retinentur. et non retinetur nisi
sanguinis superfluitatem propterea quod ante ipsum
precessit urina indigesta aquosa. et propterea
quod post ipsum aduenerit alleuiatio. et erit
ipsi quantitas maxima copiosa. quod si nimia
fuit urina nigra signum erit malum et
precipue in acutis egritudinibus et quanto plus
fuerit quantitas fuerit paucior quoniam ex sua pa
ucitate sciendum quod humorem iam destru
xit adustio. et quanto magis fuit crassa
erit deterius. et quanto magis fuit tenuis
erit minoris malitie. et est quidem cum
accidit ut urina nigra aut rubea ob
scura nigrat propter uini potationem quod
huiusmodi habet colorem cum nullo in natura
aliquid in eo operata fuit et exiet secundum
suam dispositionem. Sed nihil non est timor et est cum
bone crisis significatio existit et in a
cutis egritudinibus. sic si eger eam tenuem e
mixerit. et fuit inea suspensio in partibus
diuisis. multotiens enim significat sonitum
capitis et uigilias et surditatem et

desipientiam et precipue significat cum mu
serit et in longo tempore fuit suspensa et fuit
ei odor acutus et fuit cum febribus. quoniam tunc ue
hementer significat capitis sonitum et desipientiam.
Et quando affuerint ibi insolitas uel dolo
res et surditas et desipientia et sonitus capi
tis significabit sanguinis fluxum ex nari
bus. Et est etiam cum exiit cum lapidibus in rene.
Rursus in quod urina nigra laudata est in egritu
dinibus renum et egritudinibus lapidis que ex hu
moribus pacierunt crassis et est significatio
mortalis in egritudinibus acutis. dixit et
quod urina nigra est mala in egritudinibus
renum et uesice cum uehementes ardoribus
ad est consideratio quod alia signa sunt in urina nigra
in senibus sibi ex propter quod sanus. in ueniunt in
eis non ex corruptione mala et similiter in mu
lieribus. Urina plus albore significat spasmum
ad summum si urina nigra in principio febrium est
pruriosa. et similiter in carnium fine quoniam non
cum ea fuit alleuiatio non significauit
crisim. Urina autem alba secundum duas
intentiones est sciendi. una earum est cum
ipsa est tenuis translucens est alba uocatur sicut
uitrum quod est clarum et cristallum claram uo
cat albam. et alia est que proprie est alba. cuius
colorem disgregantiuus uisus sicut lac et
pergamenum. et ista quidem non translucet ut
uisus in ipsam penetret. translucentia et
naturaliter proprie non est omnium colorum priuatio.
album igitur secundum intentionem translucentis sig
nificat frigiditatem omnino et est auferens
digestionis sententiam. et si cum crossitudine
fuit significabit flegma. Et alba pro
prie si erit non cum crossitudine et eius quidem
alia est cum albedo est muchilaginosa.
et significat multitudinem flegmatis et hu
moris crudi. et alia est cum albedo est
unctuosa et significat adipis liquefactionem.
Et alia est cum albedo est similis albule
et significat flegmatis liquefactionem quod accidit
ut accidet. et alia est cum albedo est similis
albedini que est in filige cum tenuitate et
saniei et significat exituras ulcerosas et in
instrumentis urine. et si absque sanie
fuit erit propter superationem materie. uel ex
crude non mature. et est cum est cum lapide
uesice. Et est alia que spumam similat que est cum
flegmaticorum apparuit ad est crisis et laxi
tas interior et egrum que ex flegmate ac
cadunt uitreo. cum uero urina spumam similis
existit et non est secundum modum crisis est propter
apostemata flegmatica immo cum in principio

ueneūt pronosticabunt apopliam at
aut paralisim. Et cum in omnibus horis febris
alba fuerit urina cito in quartanam con
uertetur. Et plurimum quando fuerit sine ypostasi
est ualde mala. Et lactea et in acutis
egritudinibus est perniciosa. Albedo preterea
urine in febribus acutis quandoque in
fuit post tincturam que precessit significat quod colera
rubea ad aliquod membrum declinauit
quod apparet aut ad fluxum uentris. Et quod ma
gis significat quod declinauit ad caput.
Et similiter cum urina rubea est in febribus
deinde subito fit alba significat desipien
tiam. Et cum urina in sanitate perse
uerauerit in colore albo, significabit pri
uationem digestionis. Et albule similis que
lacti similatur acetoso in febribus acutis
mortem prognosticat aut pasmum. Scias
tu autem quod possibile est ut urina sit al
ba et complexio calida et colerica aut u
rina rubea et complexio frigida flegma
tica. Colera enim rubea cum declinat a
uia urine et non admiscetur urine rema
net urina alba. Debes ergo urinam al
bam considerare: quoniam si fuerit eius humor mul
tus et luminosus et ipsius sedimen multum
et grossum et eius similiter aliis fuerit ad grossi
tudinem, debes scire quod albedo est ex
multitudine flegmatis. Si cum urina non
fuerit luminosa clara nec eius sedimen
multum nec pura et albedo ad fusco
sitatem uertitur, scire debes quod colera
rubea est occultata. Et si in egritudine
acuta fuerit urina alba et fuerint in ea
significationes salutis ex quibus non time
tur frenesis, et que fuerit sic ipsa, debes
scire quod colera rubea declinauit ad
alium canalem et ad intestina et accidit
ei constrictio. Cum uero obliqua urina existit
rubea in egritudinibus frigidis, est una harum
rerum: aut fortitudo doloris quod coleram
rubeam resoluit sicut in colica accidit
frigida; aut opilatio que facta fuerit ex su
perfluitate flegmatis in canali que est inter
fel et intestina, quare fel ad intesti
na naturaliter non descendit sicut solebat; et i
deo urine tinctura est ei necessaria cum eque
egritudinis quemadmodum accidit in colica frigida,
aut propter debilitatem epatis et sue uirtu
tis defectum quod inter aquositatem et sangui
nem separationem facere non ualet, sicut accidit
in ydropisi frigida et in egritudinibus de
bilitatis epatis secundum plurimum quoniam propter

eas urina est similis loture carnis re
centis, aut propter constrictionem que opilationes
fecerunt, et mutatur color flegmatis
inuentis propter aliquam putrefactionem que ei ac
cidit. Et eius quod est signum est quod aquositas
urine et ipsius sedimen secundum modum fuerit
quem diximus, et eius tinctura est tinctura debi
lis non luminosa. Colere igitur rubee tinc
tura est luminosa. Et urina quidem multotiens
in principio egritudinis erit alba. Si preterea fiet nigra
et feriebit sic accidit in hectica. Et ample
urina post constrictionem albescat, non sic cessat
donec digestio fieri incipiat. Et est in capite
urina nigra et propter hoc uigilantium urine sunt
albe et ad minuat actionem caloris innati
resolo. Si non fuerint luminose immo attinet
fuscitati propter priuationem digestionis; tinctura
nigra rubea in egritudinibus acutis melior
est quam aquosa alba, et eius et similiter meliorem quam
aquosa. Sed rubea que est sanguinea maio
ris est securitatis quam rubea colera. Rubea quia
colera non tanti est timoris cum colera quieta
manet. Sed sicut mobilis magni extat
timoris. Ample urina rubea in egritudinibus
tenuis est mala quoniam quando secundum plurimum ce
lidum significat apostema, et in doloribus capitis
desipientiam portendit. Cumque urina
in acutis egritudinibus rubere ceperit et sic per
manserit et non inferiorem descensum fecerit,
perdicionis ergo timorem aufert et tenuem
apostema significat. Et si cum rubedine fuerit tur
bida et talis permanserit apostema in epate et
caloris innati significat debilitatem. Ample
color urine fuerit quasi compositus ex quibus
est color qui carnis recentis loture similatur
quasi sanguinem in aqua dissolutum similis exi
stit, et est ex debilitate epatis et quandoque est
ex multitudine sanguinis. Uerumtamen se
pius existit ex debilitate epatis. Et quando
copiosius superuenerit malitia uincente
quod digerendi debilitas demonstrabit
et uirtutis dissolutio. Quod si uirtus fortis
fuerit tunc non erit nisi ex sanguinis multitu
dine et eius augmento ultra mensuram quod uirtus
disgregatiua perite separare non sufficit. Ex
eis est color oleaginus et est citrinitas cum
admixtione subcinericia et colori olei simi
lis propter uiscositatem que in ipso et distillati
tia cum nitore adipino et cum splendore
sicut ad quandam spissitudinem trahit. Et
in plurimis dispositionibus significat malum aut
non significat bonum in maturatione in me
lioratione. Sed fortasse raro mate

naturam vitiosarum cum accumulatione secundum
modum cursus significat. et hec quidem nisi
cum post ipsam advenerit yposteses. quod si extrema
perniciosa est. illa vero vitiositas est feti-
da. et propter illa ex qua pruina nigrescit quan-
titas. cum vero ei aliquod commisceat quod est sub-
lotum carnis recentis est deterior. et
hec quidem plus contingit ydropisi et ptisi et
melancolica mala. et est cum oleagina
post nigram sequitur urinam que precessit. et tunc
quidem est significatio bona. Quando autem que u-
rina significat oleagina est quod in die quinta
indicat egrum in septima moriturum
esse in egritudinibus videlicet acutis. Ad summum
vero oleagine urine tres sunt species. a-
lia est extrema est que tota est adeps. et alia
cuius inferius tantum est adeps. et alia cuius
superius est adeps extrema. extrema est que in suo
colore tantum est oleagina sicut est in pri-
si. et propter in suo principio aut in suo statu tantum autem
in eis utrisque quemadmodum est in egritudinibus
tenuium et in perfectione ptisis et eius fine.
Et ex eis est carnium que malus est perni-
ciosus quoniam utrisque colore significat adu-
stionem. Et quoniam est color rubeus erit
nigredo et significat febres compositas et fe-
bres que ex crassis sunt superfluitatibus
quasi sicut manifestum fuit. et nigredo ad ipsius sum-
mitatem declinaverit apparitionem significabit laudis.

Cap. iii. de signis substantie urine et qualitatem

Substantia urine aut est tenuis aut crassa
aut mediocris. Vero valde tenuis in
omnibus dispositionibus maturationis significat priva-
tionem. aut in venis opilationes. aut
epatis debilitatem et canalium urine que
non attrahunt nisi quod tenue est. aut attrahunt
sed crassum non emittunt nisi quod subtile existit. aut
multam aque potationem. aut vehe-
mentis frigiditatis complexionem calefactam.
Et in acutis quidem egritudinibus significat vir-
tutis digestive debilitatem et maturi-
tionis privationem. et est cum reliquarum
virtutum tantum significat debilitatem non nul-
lum in aliquo operantem. immo quemadmodum in-
greditur ita labitur. et urina quidem tenuis
secundum hunc modum deterior est in pueris quam iu-
venibus. quoniam naturaliter puerorum urina spis-
sior est urina iuvenum. ideo quia sunt hu-
midiores. et quia eorum corpus plus attrahunt
humiditates propterea quod materia superflu-
ens est eis necessaria cum augmento. Si igitur
eorum urine in febribus acutis multum fi-
ant tenues. iam valde elongati erunt
a sua naturali dispositione. et si hec in eis per se-
veraverit non significabit nisi perditionem. quoniam
cum perdurat significat perditionem nisi bona adveni-
ant signa et virtutis stabilitas.
et est extraneum. significat quod accidet et propter in infe-
riori parte epatis. et si ille sibi in sanis per-
manserit et se non converterit ab eis. signifi-
cabit apostema quod accidet illic non dolore sen-
tiunt. et secundum plurimum accidet eis ut aut cum
in ciatim et in renibus dolorem sentiunt
et significat aptitudinem ad apostema. Quod si do-
lor et gravitas non sentiuntur in parte ullo mem-
bro. sed non fuerint immo sunt acres. significa-
bit bothor et variolam et apostema quod corrumpit
corium. Tenuitas quidem urine in eius suo or-
dine gradualiter prognosticat. Uri-
na autem multum spissa secundum plurimum si-
gnificat maturationis privationem. et secundum
nimium humorum grosse substantie maturationem. Erit
igitur in statu humorosarum febrium et in
apparitione apostematum. et plurimum quidem quod in acu-
tis significat egritudinibus est malum. veritatem
tenuitatis durabilitas plus significat
malum. spissitudo namque quoniam significat dige-
stionem. quamquam substantie confert in eo quod digestionem
significat. et quod natura expellendi habet potentiam. est
in eo in qua fiducia habet. et inquantum materiei
significat corruptionem et eius multitudinem
et maturationis prohibitionem. separatis et
ad fundum descendentis significat malum. quod
autem sit cum quo duas res sequitur est. co-
gnoscat ex eo quod post eam advenit ex yposte
aut succedit ei ex debilitatis augmen-
to. et urinarum quidem spissarum in febribus
sanior existit illa que quasi subito multum
evacuat. illa vero que paulatim evacuat
multorum humorum est significativa aut debi-
litatis virtutis. et post illam quidem que utilita-
tem affert sequitur mediocris urina simul
cum yposte. Cum autem tenuis urina in acu-
tis egritudinibus ad spissitudinem convertitur et
postquam non advenit yposteses significat liquefactionem.
Cumque in sano urina perseveraverit spissa
et in parte capitis dolorem senserit et
conquassationem. indicabit ei febrem. et tamen
cum hec est ex superflua expulsione et aut a-
pertione aut ulceribus in partibus vivarum uri-
ne. Non autem subtilitas et spissitudo ut
qui maturationis significat privationem.
non qui maturationem substantie convertit medi-
ocritatis. Spisse igitur maturatio est ut di-
gerendo ad tenuitatem mutet. et tenui-
us maturatio est ut coquendo mutet

ad spissitudinem. Aplius urina spissa que
admodum prius dixi quedam est transluces. et
quedam est turbida. Verumtamen inter spissam trans
lucentem et tenuem existit differentia. quoniam spissa
translucens cum motu inundatur non fiunt
partes ipsius inundate multum parue et
immo magne in ea accidunt unde et eius
motus sunt tardi. et cum spumat fit eius
spuma multarum ampullarum. et ipse am
pulle non cito rumpuntur. et que quidem huiusmodi
existit ex flegmate generatur. bene digesto
aut colera uitellina sine inceratione
tura ad citrinitatem tendentes. et si uetustatem nec
in ea significat flegmatis uitrei resolu
tionem. et hec quidem in epilenticorum urinis mul
tum existit. in tenui autem que multa existit
tinctura secundum tinctura non esse propter digestionem. a
lio quam digestio in primis magis operire
est sibi quam coloris permixtionem. prima namque
digestionis operatio est sibi efficere. deinde
ipsam tingere. et digestio quidem in sibi melior est
quam in colore et propter hoc cum urina tenuis in
acuta egritudine perseuerat. et significat malum et que
uirtus digestiua est sopita. cum autem uri
nam uideris tenuem in eius partibus rubedinis
et citrinitatis fuit diuersitas laborem co
gnoscens inflammantem. et si tenuis
fuit fumosaque in ea res que sunt sicut furfu
res egritudine in uesica non existente signum
erit hoc esse propter flegmatis adustionem. Sed
Spissa autem urina in febribus acutis
ad summum multos significat humores. et
fortasse significat liquefactionem. et ipsum quod
dico est quod cum urina permanet hora congelatur
et inspissatur. ad ultimum non turbulentia u
rine est propter terreitatem cum uentositate
quam aquositatem amiserit. existens namque cum
amiserit perueniet turbulentia. et ex ipsorum
ab inuicem separatione perueniet claritas. Amplius
tres debes attendere dispositiones. est namque cum
tenuis mingitur et deinde inspissatur significat quod
natura in maturando laborat. Sed nondum ma
teria ei undique obedit. et est partes. et
fortasse est cum membrorum significat liquefactionem.
Aut mingitur spissa et post clarificatur et separatur
ab ea crossum subito statim. et significat quod natura iam
superauit materiam et ipsam maturauit. et
quanto maior fuit claritas et maior de
scensus inferius citius magis significabit
maturationem. aut disposito est media inter
ipsas. et alterum ex quibus cum perdurauerit et natura fuit
fortis et non fixa faciet quod nec ad matu
ritatem perueniet integram. Si non fixa

non fuit erit timendum ne perditio perueniat
maturationem. Cum autem perdurauerit et timoro
sa significatio non affuit significabit capi
tis dolorem quoniam significabit ebullitionem
et uentositates uaporosas. illa uero que
ex tenuitate ad turbulentiam peruenit
et sic procedit melior est illa que in turbu
lentia permanet secundum plurimas horas. uri
na quoque multotiens fit spissa. et est hoc propter
casum uirtutis et non propter non expulsionem. Sed u
rina que aquosa mingitur et aquosa remanet si
gnum est priuationis maturationis penitus.
Ex urina spissa laudabilior est que ad
exeundum facilis est et multe separationis
similis. ex huiusmodi namque sanatur paralisis et
quod est ei simile. cum urina crossa mingitur de
inde procedendo secundum ordinem attenuatur si
multa est conueniens existit. et cum ipsa post
ipsam et turbidam aut spissam et paucam sequ
itur est significat bonum. et hoc quidem est cum spissa
que turbulenta est apparet paulatim. et subito
in multa finale mingitur urina. cum hu
ius multotiens resoluitur egritudo siue ipsa
sit una febrium acutarum siue sit una a
liarum egritudinum ex repletione prouenientium siue
sit repletio ex qua nondum manifesta accidit
egritudo. et iste quidem urine modus est extreme.
quoniam cum urina non coloris superflua est
spissitudo. plerumque significat lenitatem
expulsionis multarum materiarum aut e
xeundi associatur finalitas. et plerumque
significat perditionem. propterea quod humorum significat
multitudinem et uirtutis debilitatem.
et hoc quidem demonstrat egrediendi difficultatem
et priuatas ei que egreditur. urina spissa
bona est que est in eis egritudinis splenis et febrium p
mixtarum in quibus non expectatur equalitas quoniam non
in expellendo impedit. Vrina ad ultimum
turbulenta significat humorum multitudinem et naturam
ab eis occupatam in maturando eos. uri
na spissa in qua sedimen existit arenosum
significat lapidem. urina spissa que apparatum si
gnificat apparitionem cognoscitur ex eo quod
ei amiserit. et ex eo quod precessit. et ex eo quidem
quod ei amiserit sic purum quod collus odor
demonstrat. et ex resolutionibus que cum ea separantur
sicut petalia alba aut rubea. aut sicut
furfures. aut alia ab istis ex eis per que
cognoscitur. et ex eo quidem quod precessit. quoniam ibi
prius fuit significatio apostematis aut ulceris
in uesica aut renum aut epatis. aut
in partibus pectoris. et significat hoc apostematis apert
ionem. si autem ipsam urina fuit similis lotio

al' non digesto

Al' et non inde resolutionem

in al' colore permixtionem

In alio a tenui

Vrina de urina spissa.

Vrina cum turbulentia et claritate urina.

que

In al' rebell' vel ebuliet

In alio sequitur paucam est significat bonum.

que mingitur.

Vel et istius uerificatio est ipsi cum finalitas

In alio oportet. Vrina de urina turbida.

Illius significat

Vel significat

i. urina spissa

carnis retentio que est ex gibbositate epatis.
et si egestio talis fuerit a partis que est in concavi-
tate. et si advenerit coangustatio pos-
sit et tussis sicca et dolor in membris pectoris
pugnitivis. tunc apostema quod aptum est lateris.
et exiunt apte arterie maiores. et si in
pute illo est maturatio cuius causa est. et est
cum sanies evacuatur que extractum reliquum min-
git urina sicut pus et virus tenue. que
ipsi purgatur cor et ei aufert laxitas
que extractum diminuitur consecutum est. et est quod cum
in epate aut in eo quod est contra ipsum fiunt
opilationes. plerumque contingit ut causa apposi-
tione sit urina spissa. propterea quod earum
egreditur materia. et hec talis spissitudo
non est pus. Sed in ipsa que est propter apostematis apposi-
tione est pus. Et cum hec urina fuerit acris
spissitudinis et ad nigredinem exit et fuerit
cum eo in latere sinistro dolor. erit tunc ex par-
te splenis. et secundum hanc considerationem si
in femina fuerit aut in civitate ventris. erit
tunc ex parte stomachi. hec tamen sepius est ex parte
epatis et canalium urine. Urina tur-
bulenta multotiens virtutis significat casum.
cumque virtutis cecidit frigiditas superabit.
que erit sicut illa que extra infrigidatur. urina
turbulenta que malo vino similatur. aut aque
acetis est urina pregnantium et huiusmodi apo-
ta calida longi temporis in interioribus. Urina
que urine asinorum aut animalium assimilatur
et est que in mulachlach propterea quod multum tur-
bida corruptionem humorum corporis significat. quan-
tum magis significat est flegma crudum in quo
aliqua caliditas operata fuerit et ipsum cum
ventositate ebullire fecit. et propter
hoc plerumque significat capitis dolorem ven-
tosum. aut alahatal. et cum perseverat si-
gnificat litargiam. Urina que colori ale-
nibus similatur cum perdurat egritudinem in illo
membro significat. et quod dixerit quod cum in inferi-
ore parte urine fuerit aliquid quod pulve-
ri sit simile aut fumo. prolongabit egritu-
do. et si in tota perduxerit egritudinem pro-
gnosticatur mortem aut flegma crudum
quod a pure discernitur fetore. Si urina ha-
bet res divisas significat quod quanto plus partes
in ipsa fuerint maiores tanto plus non
operatio est studiosior et non plus potens
et post plus aperi. Urina in qua videtur
quasi fila ad invicem iuxta significat quod fuit
mixta post quam coitus fuit expletus. Cap.
[illegible] iiij. de significatione odoris urine...
quam se numquam vidisse egrum cuius urine

odor sit sicut odor urine sani. et nos quod
diximus. quod cum urina nullum odorem habet
copiosis frigiditatem significat et superfluam crudi-
tatem. et plurimum hoc significat in acutis egritudini-
bus mortem. non sanum aut odorem habuit fetidum.
et maliciosis significationes in ea fuerint.
erit ipsi cum scabies aut ulcera in instru-
mentis urine que sibi cognoscant signum.
quod si maturatio non affuerit possibile est
ut sit ex hoc et possibile ut sit ex putre-
factione. cumque hec in febribus fuerit acutis.
et non fuerit cum membrorum urine erit significatio ma-
la. et cum acredine fuerit significabit pu-
trefactionem que est in humoribus frigidis ha-
bitis similiter. quos calor superavit extraneus.
Sed si egrotus fuerit acuta erit signum mortis.
et significabit mortem caloris naturalis et ex-
tinctum frigiditatis in ea cum calore extraneo.
odor vero qui ad dulcedinem tendit. sanguis
significat dominium. et que multum est fetida. est co-
lerica. et fetida ad acredinem tendens est
melancolica. cumque urina fetidi o-
doris in sanis perseveravit significabit
febres que ex putrefactione accidunt.
aut immorationem putrefactionis que in
corpore est recepta. et hoc quod demonstrabit
si illico alleviationem habuit. In acutis
egritudinibus cum fetor urinam comitabitur et postea
ab ea removebitur. fuitque ablatio hec
subita et post ipsam non subsecuta fuerit re-
quies. significatio erit casus virtutis.

Cap. v. de significationibus que colliguntur ex spuma.

Spuma accidit ex vento-
sitate et humiditate pressis in urinale
cum preceditur urine ventositas vel cum u-
rina egreditur absque dubio pluries in
fluxu urine. et post cum ventositas in corpore su-
peravit. quemadmodum in urina accidit opila-
tiones habentium. in qua multe fiunt ampulle
et spuma quidem quandoque cum suo significat co-
lore. sicut significat sua nigredine et rubedine
in yctericia. et est cum paucitate sui et ma-
gnitudine significat. quoniam ipsi magnitudo
significat viscositatem. sui vero multitudine
et paucitate. quoniam ipsi multitudo significat
viscositatem et multam ventositatem. et
ipsa quidem significat propter rupturam ampullarum su-
arum cito factam aut tarde. quoniam ruptu-
ra ampullarum tarda significat ventositatem.
Et parve quidem ampulle remanentes
in egritudinibus renum significant ventositatem
et viscositatem. Spuma vero huiusmodi vi-
scosus in egritudinibus renum est malus et significat

humores malos et fricate. et i signum
sigillata quam nominavimus. Cap. vi. de signi

ficatione primus omnibus speciebus ypostasis.

Dicemus quod medicorum convenientia in usu
nominis ypostasis et secundum iam recessit
a via cogitata. dicitur est ypostasis autem se
dimen non illud tamen quod inferius descendit. Sed
omnem illam que spissioris existit essentie quam
aquositas et est ab ea divisa sive sit su
pensa sive sit subsidens dicamus igitur quod ypos
tasis multis consignificat modis. scilicet ex
illa sua et quantitate et qualitate et situ
suarum partium et loco suo et tempore et qualita
te sive permixtionis. significatio vero eius ex
illa sua est quoniam ypostasis autem erit
nil laudabilius demonstrans digestionem et
maturationem nisi ut sit alba et descen
dens inferius et eius partes continue et similes
et equales. et oportebit ut sit rotunda
bus figura equus subtilis similis ypos
tasi aquositate et proportio sive signi
ficationis supermaturationem materie ita
ut est sic proportio significationis materie
puris albi. levius similis essentie super
maturationem apertis. Sed pus est spis
sum et hec subtilis et ypostasis que et sedi
mentis significationes sunt hec licet tinctura
desiciat et equalitas verum equalitas ap
aliquis melior tinctura equalis namque quan
tum est alba. Sed rubea est melior alba
que aspera apud plurime ypostasium
secundum colore urine existunt. Sed etiam
quod dulcificatur alba est melior. et post illam
rubea et post ipsam citrina. Et post illam que
ut arsenicum. Et maluta que est ale
nuosa incipiet. tu autem non attendas
in quod alii dicunt. nam albedo eius quoniam non
propter maturationem et equalitas non sunt nisi
propter maturationem de albedine que propter ve
hementem ventositatis commixtionem ma
le autem ypostasis continuitas melior
est quam ipsius continuitas. et ypostasis que
mala est quam etiam nos faces bona autem
ypostasis de quo loquimur puri similatur flegmati
crudo cum tenuia fuit verumtamen
pus ab ea differt per fetorem. et flegma
crudum vel vitreum separat ab ea condi
catione suarum partium et ipsam ab utrisque dif
fert subtilitate et levitate. Et hec que
ypostasis non querit in egritudinibus. quoniam
in sanitate non requirit. et est quoniam non du
bitatur quod in corpore egri male recte sit
materie. et invenis ipsi quod non maturent

procedunt corruptionem. Invenies autem
sani non semper oportet esse humorem quasi evacuan
dus. Sed sic est. melius est ut hec significet et
eis superfluitates que in eis superfluunt
ex cibo a digestione pravate. deinde sup
fluit superfluitas que in urina fit
ypostasis sive matura sive non ma
tura. et in maculentis que est sedimen pu
ncti quod descendat. Sed secundum calcitis dis
positionem. et propter quod exercitio utuntur et artibus
se exercent laboriosis. et non multiplica
bitur hec ypostasis non in corporibus pinguium
otiose viventium. Et propter et in vivis eg
matorum non est expectanda ypostasis tan
tum quantum invenimus egrorum pinguium. quoniam
eorum egrorum multotiens recedit ita quod non
descendit. et multotiens ypostasis in
eorum urinis non pervenit ad hec ut descen
dit. Sed tamen plurimum est modicum ei inclinatis
aut pedes. et in nullis que urinis
ypostasis illico cum mingunt descendit.
non in eis que valde mature sunt. immo in
illis parum est expectandum et plures ex ypo
stasis secundum plurimum coloribus sunt secundum uri
ne colorem. Sed melior ex eis que dulcifi
ficatur est alba. post quam est rubea. deinde citrina.
non nisi vero ypostasis alia est similis rasure
intestinorum que est furfurea aut herbina
aut simulaginea. aut similis arsenico
rubeo aut cui que est valde citrinum. alia est
carnosa et alia est adipina. et alia est
saniosa et alia est mucilaginosa.
et alia est que est similis frustulis stremmi in
aqua soluti. et alia est sanguinea san
guisugalis. et alia est capillaris. et alia
est arenosa vel arenigenosa. et alia est cinerea.
Similis non rasure intestinorum corticalis
alia est petaloydes magnarum partium
albarum aut rubearum que significat secundum
plurimum quod sepe fuerit ex membris que sunt
propinqua membris a quibus dividuntur urine et sunt
membra mingendi. et albe significat quod sunt
ex vesica propter ulcera que sunt in ea aut sca
bie aut corrosione. rubee autem carno
se significant quod sunt ex rene. hec ex petalo
ydibus que sunt que sunt colorus fusca
obscuri aut squamis piscium similes
et hec est vehementer mala. et omnibus speciebus y
postasis quas nominavimus deterior et signat
petalorum radicalium membrorum rasuram,
verum duo pueri ipsi gravia nullo modo in pe
duxit. immo plerumque vesicam mundificando
sanatur et direxit quia audivit hos se in

fen

2

potu imbuisse citarrides que corticees alias vocant qui venosos minuunt. Quod cum magis quantitate fricabatur resolvebatur et tingebatur tinctura rubea que forte fuit sanguis. Quia vero fit ex ea quod est sicut rasura intestinorum est quedam que est minoris latitudinis quam due predicte et spissioris substantie. Que si rubea fuit vocatur herbina, et si rubea non fuerit vocatur furfurea. Sed herbinea quidem si fuerit rubea partes plerumque sunt partes epatis aduste et plerumque est sanguis in ipso adustus et plerumque est et ex rene. Sed que est ex rene est maioris continuitatis carnosa. Alie vero due plus similantur ei quam non est carnosa et frictionis est magis recipientes. Et cum vehementer tendit ad albedinem est ex rene procul dubio. Quoniam illa que ex epate ad rubedinem tendit fuscam. Et quoniam assotiatur ei in hoc illa que est ex rene furfurea vero quoniam est ex scabie vesice. Et quoniam est ex liquefactione membrorum et differentia inter eas est quia cum illi in radice inest fuit pruritus et fetor erit ex vesica et precipue cum pus post minctum fuerit et precipue cum alie significationes urine demonstraverint significationem maturationem. Et fuerint vene superiores sane et ampliores et non fuerit in eis macula immo in vesica. Sed et si cum inflatione fuerit et virtutis debilitate et membrorum nigredine incolumitate et color fuscitatem attinuit erit tunc ex liquefactione humorum seu ex carnosi non plurimum ex adustione sanguinis que ad rubedinem tendunt et multotiens est ex liquefactione membrorum et cor rasura similitudinem attinet. Et quoniam que est ex vesica scabiosa fetidum. Et quod est possibile est non modicum differentie inter eas intelligas per te quia rasura. Si autem nigredinem attinet est ex sanguinis adustione et precipue in splene. Sed preterea petaloydes ypostases que non sunt ex eo quod fit in vesica et in rene et canalibus urine, in egritudinibus acutis malum portendunt pernitiosum. Et iam quidem scivisti et hic similia carnose dispositioni. Et quod plurimum ei est ex rene non est nisi cum tunc est sane continuitatis et non est in corpore liquefactio. Et urina quidem matura venarum significat sanitatem. Quoniam renum egritudines maturationem non prohibent urine que ipsius ipsos existit. Ypostasis vero adipina adipis et pinguedinis et carnis liquefactionem significat. Sed earum peior est que auri aquam similatur.

duo autem ipsius pre coagulantur ex paucitate et multitudine et commixtione et separatione. Quoniam cum est multa et separatim existit que fit ex parte renis. Et propter liquefactionem sue adipis. Et sicut minor et maioris commixtionis est ex loco magis remoto. Et cum urina frustrum album granatinno simile visum fuit erit ex adipe renis. Saniosa vero ulceris significat quod apertum fuit et precipue in membris nigredine. Et precipue si in fuit sedimen laudatum ad fundum descendens. Sed mucilaginosa quidem significat humorem spissum crudum aut quod est in corpore multum aut in instrumentis urine egrediens aut cum sint apertiones vene sciatice aut doloris iuncturarum. Et hec quidem coagulantur ex alleviatione quam post ipsum sequitur plerumque est subtiliatur et attenuatur et putatur ypostasis laudabilis. Quia propter in acutis egritudinibus non est confidendum in eo quod apparet secundum similitudinem laudabilis ypostasis. Sed cum visum fuit maturationis hora non presentes fuerint ei significationes. Sed et cum vehementer est diuturnitatem significat. Sed samiosam vero non raro cruditas existit difficta. Quoniam saniosa est cum fetore. Et precedunt ipsam significationes apertionis et ei partes fetiales sunt ad commiscendum et separandum. Et quedam ex ea est que cum agitatione vehementer miscetur. Et quedam ex ea est que separatur. Sed et cruda est et tenuia et spissa et non fetiale coniungitur vero fetiale separatur. Et urina quidem in qua plurima mucilaginosa ypostasis apparet quando est exuberans cum est in fine podagre et dolor arteticorum significat bonum. Capillaris autem est prout quod humor occulte consolidatur ex calore in ipsum agente. Quod quoniam est aliquotiens rubea et eius consolidatio est in rene. Sed ferunt quidam quod in ei longitudine plerumque palmi mensura invenitur. Que autem fermenti infusi frustulis similis existit debilitatem significat stomachi et intestinorum et digerendi malitiam in ipsis. Et est plerumque cum ei accidit lac et caseum. Sed arenosa vero semper significat lapidem qui consolidatur aut consolidando perdit aut qui resolvitur. Et quod quidem ex ea rubea est ex rene. Et quod non est rubea est ex vesica. Plurimum autem quod cinerea significat est flegma aut pus. Cum propter longam moram accidit coloris mutatio et sectio parum. Et est quoniam propter adustionem quam ei accidit. Sanguisugalis vero ypostasis si vehementer est mixta epatis significat debilitatem. Et similiter hec significat vulnus in canalibus

q̃ 9tinuitatis solutionem in ipsis. et si fuit
separata plurimum ei erit in uesica et in uirga.
et nos quidem perscrutabimur hec in particularibus
egritudinibus in capitulo de mictu sanguinis. et si
in urina fuit sicut sanguisuge rubee
in fimo splenis hominem resoluet ipsi.
Scias autem quod in egritudinibus uesice non multum
egreditur sanguis. quoniam cum uene minute sunt
in ipsi corpore calorem et angustie et pauce.
Ypostasis uero significatio ex quantitate et
ipsius super multitudinem quidem et sui pauci
tate declaratur causa ipsam efficientem multitu
dinem autem ei paucitatem. et ex quantitate q.
dem sui in magnitudine aut paruitate sui
est quemadmodum diximus in ypostasi mucil
laginosa. Sciendum autem significatio ex qualitate
sui est ex colore quidem ipsius quoniam que ex eam
generatur est significat malum secundum diuisiones quas
nominauimus. que tamen ex ea saniosorem est illa
autem ypostasis est nigra et aquositas non est ni
gra et rubea quidem sanguis significat pretatem
et fastidium. et citrina significat calorem fortem et
egritudinem in sciciola. Et ex ea quidem que est alba q
dam est bona sicut diximus et quedam est mala sicut
mucilaginosa aut saniosa aut
spumosa maturationi contraria. Et uiridis quoque
que semita est ad nigram. Ex odore uero eius
est quemadmodum diximus in hiis que premisimus. Et
ex ipsius uero situ et ex leuitate quidem sui et
diuulsione. quoniam leuitas et equalitas in
ypostasi laudata est melior. et in non lau
data est deterior. Sed diuulsio significat uento
sitates et digerendi debilitatem. Sciendum autem si
gnificatio ex loco sui est quoniam autem est natans
et uocatur nubes aut pendens. et hec quidem est in
medio stans que est maioris maturatio
nis quam prima. et ex pendente illa est melior. et
nigre et fundus ad inferiora declinant aut
ad fundum descendens que est melioris ma
turationis. hec quidem est de ypostasi laudata.
Non laudata uero que leuior est melior existit
sicut nigra que est in febribus acutis. et similiter si ex
humore est flegmatice aut melancolice quoniam
ea que est ut nubes melior est ea que inferius
descendit. Significat enim ei subtilitatem non
eam maturationis fuit multa uentositas.
et si non fuit ita natans est melior quam pendens
et inferius descendens est deterior. et ea quidem na
tandi superius est causa cum quo est acuitas et
uentositas. Ypostasis autem diuulsa
inconcussa superius natat. et propter eam sit leuis.
et iterum descendit inferius et propter eam sit g
nis. cumque in principio egritudinis apparet pendens in

natans. postea perseuerat. significat quod consistens est
certitudinem uenientem in maleficio et egritudine ple
rumque remouet. Sedimen bonum nata
te aut pendente. quemadmodum diximus in pre
cedentibus et continue filis et encoruma et
ypostasi fuit ad similitudinem tele aranei cum
densitas erit significat malum. Et multotiens quidem
natans sedimen non bonum apparet ex quo
peruenit timor. Sed in erit primum maturationis
et permutatio ad bonitatem. postea procedebit.
deinde descendet. et erit signum non malum. Et si
post ipsum male peruenerit ypostasis ti
mor quod in primis sedimen fieret non. Signifi
catio uero ypostasis ex suo tempore est. quoniam si
uelociter postquam mingitur descendit est significatio
bona et maturitatis. et cum tarde descendit
est significatio prolationis maturationis secundum
quantitatem sue dispositionis. Significatio autem for
me continuationis ipsius est sicut diximus. cum de
mictu sanguinis et adipis mentionem fecimus.

Cap. vii. De significationibus multitu
dinis urine. et paucitatis ipsius.

Urina que pauce existit quantitatis uir
tutis significat debilitatem. et illa que est minor eo
quod bibitur resolutionem significat multam et uentrem et
aptitudinem ad ydropisim. Illa uero que est multe
quantitatis. quoniam significat liquefactionem et superflu
itatum liquefactarum in corpore urina euacuationem.
et nos quidem diffiniemus inter eas cognitionem pos
sumus secundum uirtutis dispositionem. Urina malicolo
loris malum significat. quo plurima fuerit. tanto
erit magis salutis inuitia. et cum intersecta
fuerit plus malitiam significabit. sicut nigra
et crocea. urinam diuersarum dispositionum que quandoque
mingitur multa quandoque pauca. et quando retinetur
est significatio pugne et laboris nature.
et est significatio mala. Urine multitu
do in acutis egritudinibus cum non post ipsam aduenerit
requies est significatio ethice et spasmum ex
inflammatione. et similiter sudor. Urina que in
acutis egritudinibus guttatim inuoluntarie
mingitur. significat in cerebro nocumentum quod nimium
accidit et in musculis. et si febris quieta fuerit. et
signa affuerit salutis, prognosticat san
guinis exitum ex naribus. Sed postea desipi
entiam prognosticat et corruptionem. Cum in
sanis urina minuitur et attenuatur et per
seuerat hoc totum. et senserit grauitatem et do
lorem in renibus. et significat durum aliquid in partibus
renum. et cum in egritudine colica multiplicatur
plerumque prendit per sputum cuentum. quod propter eam
est allui et ad egrediendum facilis. Cap.
viii. est sermo de urina mali sanatorum.

Hec est mediocris substantie et subtilis tincture ad citrinum tendentis, et ypostasis sui similiter. Secundum modum quem diximus ex albedine et levitate et lenitate et equalitate et figure rotunditate et odoris temperantia, non fetida nec extincta. Quando autem dixerit quod cum huius morbi urina subito tenuis que est in ultimo acuitatis visa fuerit sanitas die sequenti adveniet.

Cap. viii. De urinis etatum.

Infantium urine ad lac tendunt pro etate ex parte nutrimenti eorum et propter humiditatem complexionis ipsorum et ideo declinant magis ad albedinem. Puerorum autem urine sunt spissiores et grossiores urinis iuvenum et turbidiores, et nos narravimus iam causam. Iuvenum vero urine ad igneam formam tendunt et ad subtilem mediocritatem. Urine senum ad albedinem et subtilitatem est tamen cum sunt grosse secundum superfluitates in eis existentes quarum evacuatio multiplicatur. Decrepitorum vero urine maioris sunt albedinis et tenuitatis est tamen cum predicta grossities accidit. Sed raro et cum urina vehementer fuerit grossa apti erunt ut lapis eis accidat.

Cap. x. De urinis virorum et mulierum.

Mulierum urine semper sunt maioris grossitiei et albedinis et minoris plenitudinis quam virorum urine. Et hoc quidem est propter debilitatem digestive earum, et propter superfluitatum ipsarum multitudinem et amplitudinem canalium unde egrediuntur eaque ab eis exeunt, et propter hoc quod ex earum resolvuntur matricibus et ad urine instrumenta tendunt. Masculorum vero urinas cum moveris turbantur, declinat earum turbatio ad superiora et est quod plurimum turbidantur. Sed mulierum urine fere non turbidantur ex motu propter paucam separationem suam, et habent plurimum super superficiem suam spumam rotundam et [illegible] fiunt. Earum turbatio pauca est.

In urinis virorum illico cum mulieribus commiscentur sunt fila ad invicem texta.

Urine pregnantium sunt clare et super ipsarum superficiem est nebula, et quandoque tendunt ad colorem aque ciceris aut aque [illegible] citrinum et in ipso est ypostasis. Et super superficiem earum est nebula, et si quando in fundo in medio videbitur sicut cotum carminatum et est cum eis sicut velut grana que descendunt et ascendunt, cum ypostasis manifestior fuerit erit in pregnationis principio. Et cum locus eius fuerit rubedo erit in fine pregnationis. Et [illegible] sentitur cum moveretur puer eius urina secundum plurimum est nigra et ipsa

est velud atrum citrinum et sic sordities.

Cap. xi. De rebus urinarum animalium et diversitate ipsarum ab urinis hominum.

Plerumque confert medico cum animalium urinas cognoscat propterea quod cum ipse in eis experitur certitudinem facit. Et hoc quidem difficile est. Quando autem dixerit quod urina asini in urinali est sicut butirum liquidum cum turbitate et grossitie ex teriore, et subiugalium urine consistunt. Sed sunt citrine et videbitur tibi quod superior medietas urinalis sit clara et inferior medietas turbida. Ovium vero urine sunt albe ad citrinitatem tendentes propinque urinis hominum. Sed substantiam non habent et earum sedimentum est quasi oleum aut sicut amurca, et [illegible] nutrimenta fluunt melius erit eius urina clarior. Urina vero capre(?) urinis ovium et hominum simulatur. Sed in substantia habet [illegible] sedimentum et est clarior urinis ovium.

Capitulum xii. De rebus solutis que in urinis simulantur et differentia inter eas et urinam.

Sirupum acetosum et omnes liquores qui fiunt ex aqua et melle et aqua et ficubus et reliquos qui fiunt ex croco et cum similibus quanto plus tu approximaveris erit in claritate magis augmentatum. Urina vero ab hoc est diversa. Ydromelli propterea spuma est citrina et aque ficuum sedimentum [illegible] descendit et non in medio nec ordinate nec habet motum. Sint hec sufficientes in narrando dispositiones urinarum. In libris vero particularibus pervenient ad te diversificationes dispositionum urine.

Cap. xiii. De significationibus egestionis.

Egestio plerumque declaratur ex sui quantitate quod est ut consideres si est minor eo quod comedit aut maior aut equalis. Et notum est quod ipsius augmentum est propter humorum multitudinem et paucitas propter ipsorum paucitatem, aut quia ex ipsis in intestino monoculo et in colon et in fasciis multum fuit retentum quod est signum colice provenientis, aut propter expulsive debilitatem, et [illegible] ex certitudine [illegible] quod ex ea [illegible] signat opilationes aut digestive malitiam, et plerumque signat mesaraice debilitatem que humorem non sugget, et quandoque est propter capitis reumatismum aut propter commixtionem rei que egestionem humectat. Quod autem in humido viscosum est plerumque signat liquefactionem. Et hoc est cum fetore, et plerumque signat malorum humorum viscosorum multitudinem, et hec non cum multa existit lenitate, et plerumque signat nutrimenta viscosa.

quod cocta fuerit et non paucum cum calore fo-
ti in complexione et non fuit inter ea digestio bo-
na. Sed quod ex ea est spumosum forti-
tudinis caloris significat ebullitionem aut mul-
tarum ventositatum permixtionem. Quod autem
ex egestione est siccum aut labore significat
et resolutionem aut multam urine provo-
cationem aut igneum calorem aut nimie-
tatem siccitatis aut multam moram in inte-
stinis sicut in suo dicemus capitulo. Cum humi-
ditas sicco quod est durum admiscetur significat
quod ea siccitas est propterea quod multum fuit re-
tenta in humiditatibus ipsum exire prohibentibus
et propter provocationem pungentis festinantis.
Sed cum non in longa retentio in humiditatis
in intestinis adsunt significationes cum in
ipsa est superfluitatis saniose et pungen-
tis effusio que ab epate fluit in eo quod est
coram ipso et sua evacuatione non quievit
donec commisceretur. Et est cum colore fu-
i cognoscatur egestio cuius color naturalis
igneus est levis existens igneitatis que si
augmentatur fellis significat multitudinem et si
minuitur significat cruditatem et maturi-
tionis provocationem. Et si albus fiat quoniam est
ei albedo propter opilationem in canalibus fel-
lis et hoc significat yctericiam. Et si cum albedine
est viridis similis herbe odorem magis apa-
tis significat apoplexiam. Sanum quoque quando evacuatur
multotiens egreditur ut. Et sanum quod est
ei purgatio et evacuatio laudabilis
quoniam propter hoc removetur ab eo laxitas que
ei propter provocationem evenit accidentium quem ad-
modum diximus in urinis. Preterea scito quod
egestio colorem igneum vel viridem si flu-
xerit habens multotiens in hora finem egritudinis
significat mortificationem et multotiens significat
dispositionis malitiam. Et nigra que significat
talis qualis nigre urine sunt significationes.
Significat enim aut adustionem fortem aut egri-
tudinis melancolice maturationem aut
nature virtutis egestionem aut potentiam rei que melan-
coliam evacuat. Sed prima est mala et illa
que est propter puram melancoliam non sufficien-
ter cognoscatur ex colore suo. Immo co-
gnoscenda est ex acredine sua et ponti-
citate et ebullitione terre ex ipsa et est ma-
la sive sit egestio sive vomitus. Et ex ipsis
temperatis est que in se luminositatem habet
ad ultimum in bono melancolie per-
venientis est secundum plurimum cum egreditur scilicet est
mortis significatio. Chymum vero nigrum exire
multotiens confert. Et est quando melanco-
lie radicalis exit ultima corporis adusti-
one significat et humiditati ipsi preparationem. Vi-
ridis autem egestio caloris innati significat
extinctionem. Et similiter fusca egestio que ple-
rumque ex sua cognoscatur forma et ex absen-
tia inflationis sue aut ex inflatione.
Quando inflata sicut vacca significat ventosi-
tatem. Que est cum ex hora sua cognoscatur quoniam
cum egestionis exitus festinat ante horam qua
egredi solebat antecedit significat est malum
quia fellis significat multitudinem et virtutis re-
tentive debilitatem. Et si ei tardat exitus
digestive significat debilitatem et intestinorum
siccitatem et humiditatis et sopore multi-
tudo ventositatum significat inflativas.
Colores quoque eorum et diversi mali exi-
stunt. Et nos ipsos in libris nostris in par-
ticularibus. Que vero ex egestione est melior est
iuncta simul parum et in qua aquositas sicci-
tati est vehementer admixta. Et cuius spissi-
tudo est sicut mellis spissitudo. Et cuius ca-
lor est facilis et non pungit. Et cuius color attin-
git citrinitati et non est multi fetoris neque est
provocata fetore. Et non habet gurgulationem
neque rugitum et non habet spumam. Et cuius exitus est
in hora qua solet. Et secundum quantitatem que ei quod
comeditur est propinqua in quantitate sua. Et scito
quod non omnis egestionis equalitas est lauda-
bilis. In omnis ei lenitas. Quia quando sit propter
vehementem maturationem in omni putre-
factione. Et quando sunt propter adustionem et liquefa-
ctionem similes. Et sic que sunt ex diversis
significationibus. Et scito quod egestio que
est ... ad tenuitatem non est
laudabilis. Nisi cum non sunt cum ea rugitus
neque ventositates. Nisi in suo exitu paula-
tim inviscetur. Et si non possibile est ut exe-
at sit propter ut molestias que est ei admix-
tum et non permittit ut adiungatur. Est autem
cum pluribus sollicitudinibus fuit de significationibus
que in sudore et aliis apparent rebus. Ve-
rumtamen de illis loquemur parte in sermone par-
ticulari. In sermone quoque particulari sub-
repies expositionis augmentum in re e-
gestionis et urine et reliquorum.

Dictio tertia. Capitulum singulare dictionis tertie de causis sanitatis et egritudinis et necessitatis mortis.

Nec dicam in prima divisione in duas
divisit partes et partem hanc theoricam et
partem practicam. Quam tamen omnis scientie speculandi
que autem non theorice designat est in qua in
demonstrando sufficient tamen confert itaque
in demonstratione operationis nullo mo-

auxilium prebet sicut pars in qua res sanitatis con
plexionum et humorum et virtutum et species egri
tudinum et accidentium et causarum et que sub nomine
pratice fere attributa est que in demonstrando opi
nionis et regiminis qualitatem auxiliatur sicut pars
qua nos iuvamur ad demonstrandum quomodo sani
tatem corporis quod in illa et illa existit dispositione
custodiamus et quomodo corpori quod tale vel tale
habet egritudinem medicemur. Et non existimes quod
pars quidem practice sit operatio et actio. Sed est
pars que docet nos quomodo sit operandum et agen
dum. Et nos quidem iam declaravimus et hoc in hiis que
premissa sunt. Et postquam iam explevimus dicendum
primam et secundam in hiis que sunt partes medi
cine que est theorica universalis. Ergo in nostrum stu
dium nunc reducamus in duabus que remanse
runt ad partem ipsius practice secundum modum univer
salem. Pars autem ex practica in duas distri
buitur partes. quarum una est scientia regendi corpus
sanum qualiter in sui permaneat sanitate. et
hec quidem custodiendi sanitatem scientia vocatur.
et pars eius secunda est scientia regendi corpus egrum
qualiter ad sanitatis redeat dispositionem. et vocatur
scientia medicandi. Et nos quidem incipiemus
et scribemus in hac dictione sermonem compen
diosum de custodienda sanitate. Et dici
mus quoniam propterea quod generationis nostrorum cor
porum res due fuerunt. quarum una est sperma
viri cui accidit accidens quod est locum tenens fac
toris. et altera est sperma mulieris et sanguis
menstruus. res accidentis quod locum tenet ma
terie. et hee due sunt in hoc convenient quod u
naqueque earum est humida et humiditas earum post diu
siccatur. et aqueitas et terreitas in sanguine
et spermate mulieris plus dominantur. et
aereitas et igneitas in spermate viri superant
oportuit ut coagulationis horum duo
rum principium esset coagulatio humida. Sed terrei
tas et igneitas invenerunt in eo quod ex eis fuit.
et terreitas in eo quod in ea existit ex duritie.
et igneitas cum eo quod est in ea ex virtute matu
randi. munierunt se et coagulatum durum
fecerunt et coagulationem quandam ei attri
buerunt et duritiem. verumtamen hoc ad finem
coagulationis durorum corporum non pervenit
sicut lapides et vitrum. ita ut ex eis non
resolvatur aut resolvatur quod non sensu
percipitur. Sed natura sequens accidit a nocumen
tis que propter assiduam accidunt resoluti
onem et longissimam. Sed res non est ita que
propter corpus nostrum duabus nocumentorum speciebus sit
exposita. quarum quedam causam habent intrinsecam et cau
sam extrinsecam. Et unaqueque nocumenti species est

humiditatis resolutio ex qua creati sumus. et hec
ordinate adducit. Et secunda est humoris putrefa
ctio et eius corruptio et ipsius alteratio. unde
forma eius non convenientes non est. Et hec quidem ipso
modo est alia. Sed sua ipsius malitia ad siccita
tem adducit. propterea quod corporis humiditatem prius
exsiccari facit. et ex ea quod non est conveni
ens est corporibus corrumpit. deinde ad ultimum
a putrefactione resolvit. quoniam putrefa
ctio in primis corrumpit humiditatem. Postea ipsam
resolvit et re sicci dimittit averi
tiam. Hec ergo duo nocumenta ab aliis no
cumentis sunt aliena. que propter alias acci
dunt causas sicut frigiditas congelativa et vene
na et species solutionis continuitatis pri
tiose et reliqua egritudines. Sed due predicte species
huic nature mitigationi sunt priores et di
gniores. quarum causarum mutatio est in dispositione
sanitatis. et unaqueque ipsarum adducit ex causis
intrinsecis et ex causis extrinsecis. extrinse
ce quidem cause sunt sicut aer dissolvens.
et putrefaciens. Et intrinsece quidem cause sunt
sicut calor innatus qui in nobis existit noster re
solutionis humiditates et calores extrin
secus in nobis nutrimentis generatis. et reliqu
nature putrefacientia humiditates. Omnes non
cause iste se ad invicem iuvant in exsicca
do nos. verumtamen perfectio et integritas cum
una et potentia in nostri perficiendi operatione
non est nisi propter multam siccitatem que in nobis accidit.
deinde siccitas incessanter procedit donec
nos perimat. Hec ergo siccitatis que nobis accidit
res est nobis necessaria. nos quidem apud rem in
initia constituimur humiditate. non procul du
bio oportet ut noster calor ipsam superet. quoniam si
non ipsam sufficienter. procedit ergo procul dubio
in ipsam assidue agendo et ipsam semper exsic
cando incedit. Sed tamen ex eius exsiccatione
appareret in principio equalitatem actione. deinde
cum noster corpus ad equalem siccitatis perve
nit terminum calore existente ut erat
non est siccitas secundum siccitatis quantitatem
immo fortior quoniam materia est minor et
propterea hec est magis remissus. Non ergo procul dubio
sequitur ut siccitas super equalem siccitatem
augmentetur et non cessabit procul dubio
quoniam assidue augmentum suscipit donec
humiditates consumat. Calor ergo innatus est
causa extinguendi se ipsum accidentaliter. propterea quod
fit causa ipsius sui materiam consumendi sicut
lampadis flamma que extinguitur propterea quod
sua consumitur materia. Et quanto plus siccitas
secundum augmentum procedit calor naturalis secundum

de diminutione incedit. Ergo accidit defectus nunquam cessans usque ad ultimum qui est defectus restaurandi humiditatem loco eius quod resolutum fuit. Defectus ergo semper augetur. Siccitas ergo duobus augmentatur modis: unus est eorum propter diminutionem potentie recipiendi materiam, et alter est minoratio humiditatis in se propter caliditatis resolutionem. Augmentatur ergo caloris debilitas, propterea quod siccitas in membris semper durat, et propter humiditatis diminutionem que est sicut materia et sicut oleum flamme lapidis. Flamma namque duas habet humiditates, aquam et oleum: unam quidem per quam consistit et alteram extinguitur. Similiter calor innatus humiditate consistit naturali, et ab augmento extranee extinguitur, que provenit ex debilitate digerendi, et est sicut aquea humiditas flamme. Et cum siccatio ad complementum accedit, calor innatus procedens extinguitur et mors subsequitur naturalis. Corpora autem non permanent tempore quo perdurant non propterea quia ipsi innata humiditas prima resolutioni resistit caloris innati, et caloris similiter corporis in natura sui, et ei quod ex motibus accidit sinus hac tam longa resistentia quamvis sint ea in essentia sua debiliores. Immo ipsum stare non fiat nisi eo quod restauratur ei quod ex ea resolvitur, et est nutrimentum. Amplius iam nos declaravimus quod virtus in calore (?) non compleatur et virtutem eo non usque ad terminum. Et ars que sanitatem custodiendi non est ars que a morte securos nos faciat, nec ab extrinsecis nocumentis muniat, sed unumquodque corporum ad ultimam vite longitudinem perducat que est ei debitum absolute. Et hoc duabus rebus secuta tem per hoc putrefactionis prohibitionem et defensionem humiditatis ne cito resolvatur, et in ipsis que fortitudine consistit ut ipso usque ad debitum tempus secundum suam primam complexionem permanere faciat. Et hic quidem erit propter regimen rectum restaurationis quod fit corporis loco eius quod resolvitur secundum quantitatem possibilem, et propter regimen prohibens dominium causarum siccitatem accelerare facientium exceptis causis que faciunt siccitatem debitam esse, et propter regimen custodiens aggravationem putrefactionis propter tutelam corporis, et custodiam a potestate caloris extranei extrinseca aut extranei intrinseca. Quamvis omnia corpora non sint equalia in fortitudine humiditatis radicalis et caloris innati radicalis, immo corporum inter se existit diversitas, unumquodque in proprio corporum ter-

minum habet in quo resistit siccitati virtute complexionis sue et calore suo innato et quantitate sue innate humiditatis a quo non removetur. Et tamen cum ante advenerit causa in siccitate adiuvantes aut alio modo prevenientes, et multa que homines dicunt quod isti sunt termini naturales et termini accidentales. Sed alius et qui custodiendi sanitatem existit illa que corpus humanum ad naturalem perducit terminum si conveniens consuetudini. Hec autem custodie (?) duo attribuit sunt virtutes quibus deservit medicus. Una earum est naturalis et vocatur nutritiva, que restaurat illud quod ex corpore resolvitur, cuius substantia terrestri et aquatici attinet. Et altera est animalis et pulsativa que restaurat quod ex spiritu resolvitur, cuius substantia est aerea et ignea. Et propterea quod nutrimenta non fiunt similia nutrito in potentia, ideo creata fuit virtus immutativa, que nutrimenta mutet in similitudinem nutritorum in effectu, et non prius sit nutrimentum in effectu. Et adhuc creata fuerunt instrumenta et canales que sunt ad attrahendum et expellendum et retinendum et digerendum. Dicemus ergo quod virtus regimini rei in arte custodiendi sanitatem consistit in equalitate earum rerum quae comitantur. Ille enim in quarum equalitate maior necessitas est sollicitudinis sunt septem res: equalitas complexionis, electio eorum que comeduntur et bibuntur, et purgatio superfluitatum, et custodia compositionis, et rectificatio eius quod per nares attrahitur, et custodia tangentium, et moderamen motionum corporearum et animalium, inter quas sunt somnus et vigilie. Quod mutantur secundum quod iam scivisti in his que sunt premissa, quod in equalitate unum habet terminum in sanitate, sed aliquo ex complexionibus in his egritudinis quod si aliqua sanitas aut aliqua equalitas in aliquo tempore sunt id quod inter duas res existit.

Incipiemus ergo in primis declarare regimen infantis qui cum ultima complexionis equalitate consistit.

Doctrina prima dictionis tertie que est de nutritione, quatuor et viginti capitula. Capitulum primum de regimine infantis ex quo nascitur usque quo incedat.

Regimen autem regiminis eius in summa... pueri quidem partum sunt [illegible] indigentibus in particularibus. Infantis vero tempore complexionis cum nascatur, primumque sapientium dixerunt umbilicum in primis debere incidi supra quatuor digitos, et cum lana ligari munda que bene et subtiliter sit retorta taliter ne doleat. Et oleum cum panno super ipsum ponendum, et propter umbilici incisionem precipitur ut [illegible] cinerum et sanguinis draconis et sarcocolle et cymini et usnee et mirre

In alio deficiunt (?) iii.

In alio similitudo (?)

In alio incitum [illegible] ad [illegible] infantis.

In alio est puerile ad hanc etatem que nominatur terminus naturalis secundum complexionem que [illegible]

In alio macri.

In alio uno invenitur desiccatum etc.

In alio oleo primus [illegible]

∴ vel superficies.
∴ in alio [illegible] ei apparuerit
∴ in al' [illegible] adhibemus eos

partes sumantur equales et tunc umbilico
superponantur. Et festinandum est ad corpus ipsius
saliendum cum salmora tenuis sal-
sedinis quatenus eius umbilicus induretur et ipsius
cutis dura fiat. Ex salibus vero ille me-
lior existit cum quo admixta sint [illegible]
costus et sumach et fenum grecum et or-
iganum. Et ipsius quidem nasus non saliatur
neque os. Cum vero quare nobis necessarium est corpus eius durum
facere est quoniam illico cum nascitur omnia que ipsum
tangunt ei nocitiva existunt sive cali-
da sive frigida sive aspera sentiat ea.
Et hoc quidem propter cutis ipsius subtilitatem et propter
calorem eius. Quoniam etiam quod ipsum tangit sen-
tit durum et frigidum et asperum. Et si nobis ne-
cessarium fuerit ipsum ita salire faciemus.
Et hoc quidem agemus cum multe fuerint sordi-
ciei et ulcerum humiditatum. Deinde aqua
tepida ipsum lavabimus et eius nares as-
sidue purgabimus digitis quorum ungues
sunt incisi. Et in eius oculos parum olei [illegible].
Ani postea orificium minimo
digito [illegible] est movendum ut aperiatur
et observandum est ne ipsum frigus tangat.
Cumque ei ceciderit umbilicus quod erit post tres
aut quattuor dies melius est ut super ipsum po-
natur cinis coclearum aut cinis calca-
nei vituli aut plumbi adusti cum extin-
ctum fuerit in vino. Cumque volumus ut fa-
scietur membra suaviter tangere de-
bet. Et quod dilatandum fuerit dilatare
et quod subtiliandum subtiliare. Et omnia membra
secundum convenientiorem figuram figurare
et hoc totum subtiliter compleatur cum extremita-
tibus digitorum. Quod quidem nullo faciendum
est in manibus. Et oculi assidue eius tergen-
di cum re que sit sicut seta. Vesica quoque ei
premenda est ut urine exitus facilis fiat. De-
inde manus eius extendantur et ipsius brachia
ad genua ducantur et ipsius caput in subtili
ligetur et pileus ei imponatur quod ipsius
caput constringat. In domo postea temperata a-
eris que non sit frigida ad dormiendum ponatur
et oportet ut domus umbre attineat et tene-
brositati aliqualiter que assumpserit radi-
os non illuminetur. Cumque dormierit oporte-
bit ut caput eius toto reliquo corpore sit altius et
observandum est ne cum dormierit aliquid
colli ipsius aut extremorum eius aut dor-
si torqueatur. Ipse postea in estate aqua suavi
equali balneandus est. In hyeme vero aqua que
ad caliditatem declinat et non pungente. Hora
ad ipsum lavandum melior est post elongum

in al' cum quisque sit omnino [illegible]

sompnum. Et plerumque quidem est convenientius ut
ipse bis in die lavetur aut ter. Et ut ordi-
natur ad id quod sit magis tepidum in
tempore si tempus fuerit estivum. In hyeme autem
non sit frigidior aqua que in caliditate tem-
perata existit. Ipse quoque non lavetur nisi usque
quo eius corpus calefiat et rubedinem incipiat. Et
postea extrahatur. Et eius aures custodiantur ne
aqua in eas ingrediatur. Et oportet quidem ut cum in
hora ablutionis accipit sit secundum hunc
modum. Assumatur manu dextra et super
brachium sinistrum super pectus suum appo-
natur et non super ventrem. Et plus in hora ab-
lutionis ipsius studendum est ut ipsius plan-
te ad dorsum suum eius eleventur. Et eius pedes ad
caput ipsius subtiliter et suaviter plicentur. Deinde
mollibus pannis exsiccetur et suaviter ex-
tergatur. Deinde fiat ut in pannis super ven-
trem suum iaceat postea super dorsum. Et postea
totum incessanter fricetur et premantur et figu-
rentur. Deinde ad ipsum cum panno fascian-
dum est redeundum. Postea in ipsius nares oleum
dulce [illegible]. Quoniam eius oculos lavabit
et corpus tunicis.

Capitulum secundum de regimine lactationis et remotionis a lacte.

[ablactationis]

Qualitas vero lactationis eius et ablactationis hec in obser-
vatur omnibus modis quibus est possibile lac
matris infanti ad sugendum dandum
est. Ipsum namque est inter cetera magis simile
existit sicut nutrimentum predictorum quibus ale-
batur dum in ventre erat scilicet menstruorum
matris. Quoniam ipsa sunt que convertuntur et fiunt
lac. Et ipse magis est receptivus hoc et ma-
gis est ei conveniens. Itaque ut iam experimen-
to certificatum sit, quod extremum mamil-
le matris in os infantis ponere val-
de confert ad removendum quicquid ei no-
cet. [Bis autem in die sugere mamillam
debet et ei sufficiet. Et in primis non est multum
lactandum. Oportet tamen ne sit ei mater que ipsum
post lactat. Donec matris complexio temperetur.]
Et melius quidem est ut primum mel prius ei
tribuatur et deinde lactetur. [Ex lacte quidem quod
sugit puer in mane bis aut ter
emulgendum est. Deinde mamilla ei tribu-
enda. Et precipue cum in lacte fuerit ma-
cula. Lac autem malum [illegible]
infanti non est dandum dum est ieiuna. Et
post hoc in due res sunt faciende una-
rum conferentes ad hoc ut eius complexio
fortis fiat. Quarum una est lenis motus
ores. et declinantes ad alia duo sunt
minus frigidi. Et si non fiunt ad calidi-
tatem. est res e converso. et hec quidem quando diver-
sificantur in rebus. verumtamen illud quod est secundum plurimum
est quod diximus. Loquamur igitur nunc de operationi-
bus medicinarum singularium. **Capitulum iiii. de operationibus medicinarum singularium.**

[N]am quod medicine simplices habent operationes univer-
sales et operationes particulares. et opera-
tiones similes universalibus. operationes itaque
universales sunt sicut calefactio et infri-
gidatio. et expulsio. et attractio. et ul-
ceratio. et consolidatio. et que sunt similia illis.

¶ Et operationes particulares. sicut iuvamen-
tum in cancro. et iuvamentum in emoroidis.
et iuvamentum in hectica et his similia.

¶ Et operationes quidem que sunt similes universa-
libus. sunt sicut provocatio. et solutio. et que
sunt illis similia. hec enim quamvis sint particula-
res quia sunt operationes in membris propriis. et
cum instrumentis propriis. tamen sunt similes univer-
salibus. quoniam sunt operationes rerum quarum iu-
vamenta et nocumenta sunt communia. cum hoc scilicet
quod patitur ab eis corpus totum non pars eius. Nos
autem non rememoramur hic nisi operationum earum u-
niversalium. et similium universalibus. Universa-
lium itaque operationum alie sunt que sunt prime.
et alie sunt que sunt secunde. et prime quidem sunt
operationes quatuor. que sunt infrigidatio. et
calefactio. et humectatio. et desiccatio.
Secunde vero alie sunt. que sunt iste eedem opera-

tiones. sed sunt mensurate aut comparate cum
termino additionis aut diminutionis. sicut
adustio. et sicut putrefactio. et sicut congelatio.
nam iste eedem sunt calefactiones et infrigi-
dationes. sed sunt mensurate et comparate. Et
alie sunt que sunt operationes alie. sed sunt proce-
dentes ab istis. sicut stupefactio et sigilla-
tio. et attractio. et lubricatio. et apertio. et
glutinatio. et que sunt similia illis. universali-
bus vero similes. sunt sicut solutio. et provocatio.
et sudoris eductio. Et antequam quidem loquamur de
operationibus earum. loquamur de proprietatibus quas
in se ipsis habent. dicamus igitur quod proprietates quas
medicine in se ipsis. alie sunt ipse qualitates
quatuor note. et alie sunt ordores. et colores.
et alie sunt proprietates alie famose que sunt
iste. subtilitas. et spissitudo. et pulverizan-
di proprietas. et viscositas. et congelatio. et
casus. et mucilaginositas. et oleagino-
sitas. et spongiositas. et levitas. et gravitas.

¶ Medicina autem subtilis est. cuius proprietas est. ut cum
a virtute patitur illi que in nobis est. dividatur
in corporibus nostris in partes minimas. sicut
crocus. et cinamomum. et hec quidem medicina
magis confert in omnibus suis impressionibus
quam omnes medicine. ita ut licet in eis desicca-
tione non sit mordicatio. tamen consequitur desic-
cationem rei fortis mordicantis. Et intel-
lige per spissam cuius non est iste de suis proprieta-
tibus. sicut cucurbita. et propter hoc. per viscosam
vero significamus medicinam cuius proprietas est
actu aut potentia quod est eius operatio cum cali-
ditas innata in eam impressionem efficiat. ut
incipiat extensionem suscipiendo. et non ab-
scidatur quando extenditur. et est illa cum duabus
extremitatibus cum duo adherent corpori et mo-
ventur ad elongationem. possibile est ut omnia
moveantur preter quod. et quod est inter ea abscidatur
sicut mel. Et pulverizabilis quidem est. que propter
dividitur partes per compositionem pravam cum
siccitate. aut congelationem. sicut aloes bonum.
Et congelata est illa cuius proprietas ut proveniat
talis quod moveantur partes eius ad dilatationem
ad quemcumque locum ponitur. verumtamen actu est fixa secundum
suam figuram et suum situm. propter eam frigidam val-
de sicut cera. et universaliter est. cuius proprietas est non
fluat. non cum fluit actu. Et medicina quidem
casus est medicina que non firmatur secundum suam
figuram et situm suum cum sistitur super corpus du-
rum. sed moventur partes eius superiores ad in-
feriores in partibus ad quas casum processus
sui est possibilis. sicut fluxibilia omnia. ¶ Et
medicina mucilaginosa est cuius proprietas est

[Marginal glosses, left margin:] id est. lacrimis vel splendoribus | ubi est contrarium. — anelitus — id est. species ut piper et similia — sic abrogata et colore signare — Omnia ista sunt singularis nomini apud arabes.

[Marginal glosses, right margin:] id est. nervus. — id est. ut sequitur. — id est. extremitates. — id est. plane ponitur.

ut cum infunditur in aquam aut in aliquo aquoso, separentur ex ea partes permixte illi humiditati, et proiciat substantiam aggregatam ex eis ad lubricitatem. Sicut psilium et altea et semina mucilaginosa soluunt cum lubricitate, non asserunt [?] quod fiat corpus mucilaginositatis et remaneat.

glutinositas

Et oleagina est medicina in cuius substantia est aliquid unctuositatis, sicut gumma. Et spongiosa est medicina que est sicca in actu frica[bilis] cuius proprietas est ut cum ei obviat aqua aut humiditas liquida, perfundatur aqua in ipsam et permaneret in meatibus eius occultis ita ut non videatur, sicut calx non extincta. In lenitate autem et gummositate res manifesta est. Medicinarum autem operationes famosas oportet nos numerare secundum dictiones predictas. Deinde consequenter ponam descriptiones et expositiones nominum earum secundum ordinem unum. Dicamus ergo medicina calefactiva, subtiliativa, resolutiva, abstersiva, attenuativa vel extenuativa vel exsiccativa, exasperativa, aperitiva, mollificativa, maturativa, digestiva, incisiva, frangitiva ventositatis, attractiva, mordificativa, rubificativa, pruritum faciens vel ulcerativa, corrosiva, adustiva, durum pellens, putrefactiva, cauteriativa, exco[r]iativa. Iste ergo sunt viginti due operationes. Et ordo alius: infrigidativa, confortativa, repercussiva, incrassativa, cruditatem faciens, stupefactiva. Et iste sunt sex operationes. Et est ordo alius: humectativa, inflativa, lavativa, sordidativa, lubrificativa, planativa. Iste itaque sunt sex operationes. Et ordo alius: desiccativa, expressiva, constrictiva, opilativa, glutinativa, consolidativa, generativa carnis, sigillativa. Iste ergo sunt octo operationes. Et est aliud genus operatum medicinarum secundum operationes earum: periculosa, venenosa, tyriaca, tediarum et insolutiva, provocativa, sudoris eductiva. Omnes ergo iste sunt quadraginta novem operationes quas elegimus de summa portionatarum. Et nos quidem narrabimus unamquamque harum operationum suam descriptionem. Subtiliativa ergo est medicina cuius proprietas est ut ponat vel faciat consistentiam humoris subtiliorem cum caliditate temperata, sicut ysopus et alaphisar et camomilla.

digestiva .i. maturativa vel digestiva

In aliis sordidativa vel ... vel lenitiva. — *vel putrefactiva* — *vel incarnativa*

Resolutiva ergo est medicina cuius proprietas est ut separet humorem faciendo ipsum vaporem et extrahendo ipsum a loco in quo fuit retentus parte post partem, donec assiduatione illius operationis finiatur id quod ex eo remanet fortitudine sue caliditatis, sicut castoreum.

Et abstersiva quidem medicina cuius proprietas est ut moveat humiditates viscosas et congelatas ab orificiis pororum in superficie membri ita ut elonget eas ab eo, sicut aqua mellis. Omnis autem medicina abstersiva est naturaliter lenitiva, licet non sit in ea virtus solutiva. Et omne amarum est abstersivum. Exasperativa vero est medicina que ponit superficiem membri diversarum partium in altitudine et profunditate, aut propter fortitudinem constrictionis sue cum spissitudine sue substantie secundum quod premissum est, aut propter vehementiam sue acuitatis cum subtiliatione substantie, et secat eam et destruitur equalitas, aut propter suam abstersionem a superficie aspera in principio plana propter accidens, quoniam cum abstergit a membro id quod erat cementum cuius superficies est aspera et partium diversus sit, humiditatem viscosam currentem super eam et facientem pervenire superficiem extrinsecam planam, exquidatur [?] asperitas prima et provenit. Et hec medicina est sicut corona regia, et magis manifesta operatio ipsius in exasperando, nec non in fossilibus et cantil laginibus [?], et minus manifesta in cute.

Aperitiva autem est medicina cuius proprietas est ut removeat materiam existentem inter concavitatem meatuum ad exteriora, ut remanere faciat concavitatem meatuum apertam. Et hec quidem est fortior abstersiva, sicut petroselinum. Et ipsum quidem non efficit hoc nisi quia est subtile et resolutivum, aut quia est subtile et incisivum, et intrans incisive ea, aut quia est subtile et lavativum, et facies intrantes lavative post. Omne autem acutum est aperitivum, et omne amarum subtile est aperitivum, et omne subtile liquidum est aperitivum cum ad caliditatem aut equalitatem declinat. Et omne subtile acetosum est aperitivum. Mollificativa vero est medicina cuius proprietas est ut permutet consistentiam membrorum humidam spissabus [?] poros lenitate caliditatis et humiditatis sue, et acuat exteius [?] ut pori fiant latiores et expulsio superfluitatum que in eis continentur facilior, sicut emplastrum de aneto et de semine lini. Maturativa vero est medicina cuius proprietas est ut acquirat humori digestionem, quoniam calefacit cum equalitate. Et in ipsa est virtus constrictiva retinens humorem usque quo digeratur et non resolvatur laboriose, et separet humidum ipsius ab eius sicco, et est ad ustionem. Et digestiva autem cuius proprietas est ut acquirat illud digestionem, et tu iam scivisti illud.

vel stiptica — *... ita laboriose ...* — *... ad ustionem* — *hic de illa loquitur que in stomacho superius dicta [?] que fit in toto.*

in his que precesserunt. Frangens autem ventositates est illa cuius proprietas est ut efficiat suam essentiam ventositatis subtilem aeream, propter caliditatem et desiccationem suam. quare resolvitur et fugatur ab eo in quo retenta erat sicut semen rute. Et incisiva est medicina cuius proprietas est ut penetret subtilitate sua in id quod est inter duas superficies humoris viscosi et superficiem in qua est inviscatus et removeat ipsum ab eo. et propter hoc adveniunt partibus eius superficies diverse oppositionis, preterea quod ipsa separat eos. quare fit finaliter expulsio earum aliorum que fixe erant. sicut sinapis et oximel. Et incisiva quidem opposita est viscose facienti adherere. sicut resolutiva opposita est inspissative. et subtiliativa opposita est inspissative. et invenitur unaqueque earum. et diffinitur ex eo quod comparatur ei in rememoratione. et non est quidem conditionis incisive ut efficiat in essentia humoris aliquid secundum incontinuationem eius. et fortasse separat ipsum in partes. et unaqueque ipsarum est secundum similitudinem essentie prime.

Attractiva vero est illa cuius proprietas est ut moveat humiditates ad locum cui obviat. et illud est propter subtilitatem suam et caliditatem suam. sicut castoreum. Et medicina vehementis attractionis est ea cuius proprietas est ut extrahat ex profundo. et est conferens valde sciatice passioni et doloribus iuncturarum profundarum. et emplastra post purgationem. et per eam evelluntur spine et sagitte ex locis in quibus retinentur. Mordicativa vero medicina est illa in qua est qualitas mordicativa penetrativa valde subtilis faciens pervenire in continuitate separationem plurimi numeri inordinati sicut parve quantitatis. quare unaqueque earum non sentitur singulariter, sed sentitur totum quasi dolor unus. sicut emplastrum de sinapi cum aceto et acetum ipsum. Sed rubificativa est medicina cuius proprietas est ut calefaciat membrum cui obviat fortiter, ita ut ad ipsum vehementi attractione sanguinem trahat pervenientem ad exteriora. et rubefaciat ipsum. et hoc est sicut sinapis et napellus et calamentum. Et medicine rubificantes efficiuntur operationi cauterizationum propinque. Pruritum autem faciens est medicina cuius proprietas est propter acuitatem et calefactionem suam ut attrahat ad poros humorem mordicativum. Pruritum faciente vero pervenientem ad hoc ut exulceret. et quoniam ad

vulnerat ipsum. sicut spine pilose duorum coriorum non sensate. sicut herbilegi. Et ulcerativa quidem est medicina cuius proprietas est ut consumat et resolvat humiditates continuantes inter partes cutis. et attrahat materiam malam ad eam ita ut perveniat ulcus. sicut anacardus. Sed adustiva est medicina cuius proprietas est ut resolvat subtile quod est in humoribus et membris. et faciat remanere terrestreitatem eorum. sicut euforbium. Et corrosiva est medicina cuius proprietas est ut consequatur ex ea resolutionem et ulcerationem. quoniam de substantia carnis minuat. sicut flos eris. Rumpitiva autem est medicina cuius proprietas est ut cum humore invenit lapideum minoret partes eius et conterat eas. sicut saxifraga. et sicut lapis iudaicus. et reliqua. Putrefactiva vero est illa que corrumpit complexionem ipsius pervenientis ad membrum. et continue humiditatis eius cum resolutione. ita quod non est conveniens ut sit pars illius membri. et non pervenit ad hoc ut adurat ipsum et corrodat. et resolvat humiditatem eius. immo dimittit in ipso humiditatem corruptam. in qua agit non calor innatus. et putrefit. et huius quidem est arsenicum. et gumma rute agrestis. Cauterizativa autem est medicina que carnem corrodit et cutem adurit ita quod exsiccat et indurat eam. et ponit ipsam quasi adustam. et fit super illi cutis obstaculum meatus humoris currentis. aut erectio in facie ipsius. et [illegible] exsiccata. et administratur in retentione sanguinis ex arteriis fluentibus. et his similibus. sicut dragantum et colcotar. Excoriativa autem est cuius proprietas est propter nimietatem sue abstersionis ut abstergat partes cutis corruptas. sicut costus et aristologia. et quod confert morfee. et [illegible] et similibus. Infrigidativa vero nota est.

Et confortativa est medicina cuius proprietas est ut temperet essentiam membri et complexionem eius. donec prohibeatur recipere superfluitates ad ipsum effusas. et impedimenta. aut propter proprietatem que est in ea. sicut terra sigillata. et tyriaca. aut propter equalitatem complexionis sue. quare infrigidat illud quod est calidum. et calefacit quod est frigidum. sicut quod visum est galieno de oleo rosato. Repercussiva vero medicina est contraria attractive. et est medicina cuius proprietas est propter frigiditatem suam ut in membro faciat pervenire frigus. et inspisset eo et constringat poros ipsius. et frangat caliditatem eius attractivam. et congelet illud quod ad ipsum currit et inspisset ipsum. et prohibeat ipsum ne ad membrum currat. et prohibeat membrum a

vel impsias.
Sicut pillositas que est in superlius.

vel orentas.

de oleo rosato.

receptione ipsi. sicut solutum in apatibus.
¶ Et incrassativa est contraria subtiliative: et est medicina cuius proprietas est ut faciat consistentiam humiditatis grossiorem. aut congelando ipsam aut inspissando. aut permiscendo.
¶ Crudum vero faciens contraria est digestive et maturative: et est medicina cuius proprietas est ut sua frigiditate destruat operationem caloris in naturali. et etiam extinguat in cibo et humore. ita ut remaneat non digestus et non exitus.
¶ Et stupefactiva est medicina frigida ex infrigidatione cuius quam in membro facit provenit ut prohibeat substantiam spiritus deferentis ad ipsum virtutem motus et sensus. frigidam in complexione sua et grossam in substantia sui. quare non utuntur eo virtutes animales. et resolvitur complexio membri propter ipsum. et non recipit impressionem virtutum animalium. sicut opium. et iusquiamus. et lactuca. et papaver nigrum. et mandragora. et similia huius.
¶ Humectativa autem est nota. ¶ Et inflativa est medicina in cuius substantia est humiditas extranea grossa. in qua cum calor innatus operatur. non velociter resolvitur. sed convertitur in ventositatem. sicut sunt faseoli. et omnia in quibus est inflatio sunt facientia soda nocentia oculis. ¶ Ex medicinis vero et cibis sunt quorum humiditatem pars resolvit digestio ad ventositatem. quare est inflatio eorum in stomacho. et resolutio inflationis eorum in ipso et in intestinis. ¶ Et ex eis sunt quorum humiditas superflua que est in ipsis. et est materia inflationis. non patitur in stomacho aliquid. donec donec ad venas vadit. aut non patiuntur in stomacho totaliter. sed pars eorum et remanet ex eis quod patitur in venis. ¶ Et ex eis sunt que patiuntur totaliter in stomacho. et convertuntur in ventositatem. sed non resolvitur ventositas sua in stomacho. immo penetrat ad venas. et ventositas eius remanet in ipso. et annichilatur cum omni quidem medicina in qua est humiditas superflua extranea propter quod cum permiscetur est inflatio. sicut zinziber. et semen eruce. ¶ Et omnis medicina cui est inflationem faciens in venis. est virilis membri inflativa. ¶ Lavativa vero est omnis medicina cuius proprietas est ut abstergat non virtute agente in ipsa. sed virtute patiente quam iuvat motus. Et significatio per virtutem patientem humiditatem. et per motum significo cursum.. Currens est subtile cum vadit super orificia venarum. lenit humiditate sua superfluitates. et removet eos suo cursu. sicut aqua ordei. et aqua cucurbite. ¶ Sordidativa vero ulcerum est medicina humectativa que permiscetur humiditatibus ulcerum. et facit eis pulues. et prohibet desiccationem et consolidationem. ¶ Subficativa autem est cuius proprietas est ut humectet superficiem corporis obviantis meatum et retentum in ipso ita ut removeat ipsum ab eo. et faciat poros eius susceptibiliores cursus. propter lenitatem earum acquisitam per admixtionem eius. deinde moveatur a loco suo gravitate sua naturali. et virtute expulsiva. sicut pruna in solutione sua. ¶ Applanativa vero est medicina viscosa. cuius proprietas est ut dilatetur super superficiem membri aspri. dilatatione plane superficiei. et fiat manifestum illi corpori per eam planum recte aspirantis. aut currat ad ipsum humiditas dilatata hanc extensionem.
¶ Et desiccativa quidem est medicina que consumit humiditates sua resolutione et subtiliatione sua. ¶ Constrictiva vero est medicina que facit evenire in membris partibus superfluum motum. cum veniente ad aggregationem. ut inspissentur in suo situ. et opilet meatus. ¶ Sed expressiva est medicina ex qua provenit propter quod contrahit et congregat partes. ad hoc vero necessario faciat provenire humiditates subtiles. stantes in concavitatibus earum ad compressionem et separationem.
¶ Opilativa autem est medicina sicca. que retinetur propter suam spissitudinem et siccitatem. aut propter suam conglutinationem in transitu. et facit evenire in ipso opilationem. ¶ Conglutinativa autem est medicina sicca. in qua est humiditas pauca viscosa. que adheret super orificia. et opilat ea. et tenet currentes. omne autem currentes lubricum. cum in ipso operatur ignis fit conglutinativum. opilativum. retentivum.
¶ Consolidativa vero est medicina que exsiccat et inspissat humiditatem stantem inter duas superficies vulneris propinquantes. ut convertatur ad conglutinationem et viscositatem. et adhereat una earum alteri sicut sanguis draconis et aloes. ¶ Carnis vero generativa est medicina cuius proprietas est ut permutet sanguinem supervenientem vulneri in carnem. propterea quod equat complexionem eius et coagulat ipsum cum exsiccatione. ¶ Et sigillativa est medicina exsiccativa que exsiccat superficiem vulneris. ita ut fiat cortex superficiei ipsius custodiens ipsam ex nocumentis usque quo generetur cutis naturalis. et est omnis medicina equalis in duabus actionibus exsiccans absque mordicatione. ¶ Medicina vero putrefaciens est medicina que convertitur omnino ad corruptionem superfluam corrumpentem. sicut euforbium. et

no

no

vel putrefactiva ulcerum

ro pium. et venenum est medicina que corrumpit complexionem. non cum contrarietate eius. sed cum proprietate que est in ipsa. sicut napellus. ¶ Alledazahar autem et tyriacha. sunt omnes medicine quarum proprietas est. ut conservet virtutem et sanitatem in spiritu. ut eis expellatur nocumentum veneni. Ideo et que nomine tiriace artificialibus digna convenit. Et nomen alledazahar singularibus ex eis scilicet naturalibus dignum. Et videtur quod vegetabilia et mineralia ex artificialibus dignum nomen tyriace sumant. et mineralia nomen alleduzahar. Et videtur quod non sit inter ea magna differentia. ¶ Solutiva autem et provocativa. et sudoris eductiva sunt note. Omnis enim medicina in qua solutio contingit cum constrictione. sicut in hermodactilis est contentis in doloribus iuncturarum. quoniam ut solutiva incipit et attrahit materiam. et ut constrictiva incipit et claudit meatum meatuum materie. quia non redit ad ipsum materia. neque succedit ei alia. et omnis medicina resolutiva in qua est constrictio. est equalis. et confert mollificationi iuncturarum. et spasmo earum. et apertionibus flegmatis. et constrictio. et resolutio. similiter quia earum confert exsiccando. cum aggregatur constrictio et resolutio. fit fortior siccitas. ¶ Medicine non solutive et provocative sed plurimum sunt prohibitive operationum. nam provocative sed plurimum exsiccantur fecce. ¶ Et medicine in quibus aggregantur ut calefactiva et ut infrigidativa sunt iuvative in apertionibus calidis. quoniam ad statum suum perveniunt. quoniam ipse propterea quod claudunt reparant ut. et propterea quod calefaciunt resolvunt. ¶ Et medicine in quibus aggregatur ut tyriace cum frigiditate. sunt iuvative ethice nectis. et ille in quibus aggregatur ut tyriace cum caliditate. conferunt frigiditati cordis. plusque alie. Sunt autem que dividunt et ponit unamquamque complexionem ad partem quam meretur. ita ut non patiatur virtute resolutiva in parte materiei quam effudit ad membrum. ut infrigidativa illate materiei effuse ab eo est natura docta olfacere.

Cap. v. de iudiciis quibus iudicantur medicine extrinsecas.

Medicine autem iudicia. secundum dispositiones que eis eveniunt per artem. et ille que sunt sicut decoctio. et positio. et adustio cum igne. et ablutio. et congelatio in frigore. et positio in propinquitate medicinarum aliarum. sunt est medicine quarum iudicia alterantur. propter que eis accidit per istas dispositiones. et quarum alterantur cum iudicia. propterea quod alius primi sunt medicine. quarum non dissolvitur sed est conveniens in compositione medicinarum. dicam igitur quod medicinarum sunt quedam spissa habentes corpus. quare suas virtutes in decoctione non amittunt nisi nimium in coquendo eas laborent. sicut radix capparis. et aristologia. et zedoaria. et que sunt istis similia. ¶ Et earum sunt quedam medicine equales. quibus mediocris sufficit decoctio. et si in eis violenter laboret resolvuntur ipsarum virtutes et recedunt. sicut semina unius provocativa urine sicut dauci et que sunt similia. ¶ Et ex eis sunt medicine in quarum decoctione non perficitur ad decoctionem equalem. immo modica eis sufficit decoctio. quare si addatur ultra fervorem primum ebullitio una. resolvuntur eorum virtutes et separantur cum decoctione. et non remanet in eis ipsa sicut epithimum. nam cum ei decoctio fit multa. destruitur eius virtus omnis. ¶ Et de medicinis sunt quedam quarum virtus propter constrictionem destruitur. sicut scamonea. quare oportet ut ultra facultatem coquatur. ne ex constrictione caliditas eius consequatur corrumpens eius virtutem. plurime preterea gummarum sunt huiusmodi. et ipsarum quedam resolutio in humiditate convenientior est. quam constrictio. et omnium medicinarum in quibus est constrictione superflue elaborantur operationes destruuntur. Non est quantitas aliqua minoratur eorum virtute sua secundum suam quantitatem. et secundum portionem minorationis eius fiunt. immo possibile est ut diminutio eorum perveniat usque ad terminum. nec propter ipsum eorum aliquid suae operationis quod est pro eo agat. quoniam non est necessarium quoniam ut aliquod eorum faciat motum aliquam medietas eorum moveat in quo est motum ab eo omnino. sicut decem homines movent eorum aliquam in die unum non per mille miliarium unum. non quod est igitur necessarium. ut quisque moveat in aliquantulum. nec dum quod ipsum moveat per medietatem miliarii in medietate diei ita ut iam fiat singularis. ut quisque singulare eius assumat et valeat ipsi facere permutationem. immo possibile est. ut suscipiens permutationem non patiatur a medietate virtutis patientis eum ipsum est singularitate id quod est totalitate. et medietas eius non est recipiens a medietate illius quod recipit in dispositione singularitatis. quoniam est continua cum medietate altera non separata adhuc ut moveatur ab ea singulariter. Et propter hoc non quantitescumque minoratur eorum

Alledazahar est lapis qui veneno resistit. et sic notat quod veneno resistit Alledazahar.

Hec littera difficilis est. sic est intelligenda. fiat singularis. id est non potest dividi ab alia medietate. ita ut quisque eorum singularis moveatur. quoniam si divisa possent movere.

No dubitationem de actionibus virtutem simplicium spissarum medicine et subtile.

mediane et minorate uirtutis. inueniuntur
patientes in minore de sibi. in medicinis uero
uelut cum quantitate proportionis sue mi
norationis effectiuitas. in patientie autem
operationes omnis (licet quibusdam uideatur quod proprie
minorationes non destruatur forma et uirtus
sicut earum ubi incompositis sunt maniora
adhuc. ut eorum incredulitas uires non
sumat. ¶ Et medicine que cum aliquam
habent operationes similem earum contrarie superflu
e elaboretur. possibile est ut ad speciem al
teram operationis permutetur. Nam ubi igitur
si potentes sunt inenacuando humore
aut fece. desinunt ab hoc et fiunt euacu
antes aquositatem propter eius uirtutis earum.
et quoniam ipse propter paruitatem suam fiunt ma
gis penetrantes. quare uelociter perueniunt
ad membrum aliud antequam inquietatur cum
sunt magne et procedit operatio ab eis et
in ipso. sicut narrat Galienus se accidisse.
In quo est superflue contrarium cuminum. quare per
mutatum est et factum est urine prouocatiuum
cum prius fuit minuatiuum solutiuum nature.
Secundum igitur ne ad summum perueniatur in extendendo.
medicinas subtiles. et preter cum est uoluntas
ut earum penetratio perueniat ad finem elon
gationis. et sunt spisse difficilis motus
sicut medicine pulmonis cum facte sunt ex
corallo. et corallo et margaritis et sedi
lapis nigri. et que illis sunt similia. ¶ Iudi
cia uero adustionis sunt ista. nam ex media
nis sunt quedam que aduruntur. ut uirtus ipsarum
augmentetur. ¶ Et omnes que medicine
acute subtilis substantie. aut equales. cum adu
runtur minuitur earum caliditas. et ipsarum
acuitas. propter id quod ex substantia ignea resolui
tur infixa in eis. sicut arnica et colca
tar. ¶ Medicinas uero quarum substantia est spissa et
ipsarum uirtus est non acuta in calida. ad u
stio acquirit uirtutem calidam sicut calx. Ipsi
enim fuit lapis in quo non fuit acuitas.
cum igitur aduritur conuertitur in acuitatem. ¶ Cor
dialia uero aduruntur propter unum quinque accide
tium. aut ut frangatur de eius acuitate.
aut ut acquirat acuitatem. aut ut sub
tilietur substantia eius spissa. aut ut preparetur ad
conterendum. aut ut destruatur malitia que
in eius substantia. Exemplum primi est arnicum et col
cotar. Exemplum secundi est calx. Et exe
mplum tertii est cancer et cornu ceruinum quod ad
uritur. Et exemplum quarti est sericum. nam ipsum
administratur in cor confortando. et si ad
ministraretur in casu. esset conueniens

quam si ministraretur adustum. Sed quoniam in
casu non consequitur minorationes propter suam suf
ficientiam non cum labore. aduritur. Exemplum
quinti est adustio scorpionis in intentione
administrationis eius ad lapidem. ¶ Ab
lutionis autem iudicia sunt quoniam remo
uet ab omni medicina. id quod ei peruenit de sub
acuta subtili et sedat illud in ea et tempe
rat ipsam. Et sunt ex eis quas infri
gidat post caliditatem superfluam. Et propter hoc
ablutio ab omni medicina terrea remouet i
gneitatem quam ab adustione acquisiuit.
sicut calx abluta. remanet enim temperata
et aufertur ei adustio. ¶ Et sunt ex eis
in quibus non est intentio. infrigidatio tamen.
immo intentio eius est possibilitas mino
randi partes earum. ita ut ad ultimum fi
nem perueniat. sicut ablutio tutie. et aliqua
ex eis sunt que abluuntur ut remoueatur
ab eis uirtus que non placet. sicut summum studi
um in abluendo lapidem armenum. et lazu
li. ita ut separetur ab eis uirtus nausiatiua.
¶ Congelationis autem iudicia sunt. quoniam
in omni medicina congelata uirtus subtilis destruitur
et additur frigiditas. sicut frigide substantie. uicinita
tis uero sunt. quoniam medicine aliquam acquirunt
per uicinitatem qualitates extraneas. ita
ut resoluantur earum operationes. nam multe
medicinarum frigidarum sunt calide in permixti
onis propterea quod acquirunt ex uicinitate.
asse fetide. et euforbii. et castorei. et
musci. qualitatem calidam. et plurime me
dicinarum calidarum facte sunt frigide
in permixtionis. propterea quod adepte sunt ex ui
cinitate camphore et sandali qualitatem
frigidam. oportet igitur ut scias hoc de esse medicinarum.
et aliena genera diuisa quarundam. uici
nitate aliarum. ¶ Iudicia uero permix
tionis sunt. quoniam medicinarum operationes
quedam fiunt fortes propter permixtiones. et quedam
destruuntur ipsarum operationes propter amicitiam.
et quedam rectificantur et remouentur ipsarum
malitia. ¶ Exemplum primi est. quoniam quedam me
dicine sunt in quibus est uirtus solutiua. sed
tamen indigent uirtute adiuuante cum ipsa.
nam non sit adiutorium forte. cum igitur eis ad
iutorium associatur operantur fortiter sicut
cum dicit. In nepetam est ipsi uirtus solutiua sed ipsa
est debilis. quare uelociter resoluitur non potest.
euacuat igitur quod post esse est ex subtili fleg
mate. cum igitur ei associatur ... soluit
cum adiutorio sue acuitatis. humorem
uiscosum plurimum uitreum et fit uelocius

Imo non, ut ad summum pueniatur nisi in extendendo. medicine spisse sunt.

Nota quando fit adustio in medicinis

Nota de calce abluta

no

no

Nota quod fit permixtio medicinarum ...

or ei solutio. et similiter epithimum tarde solutionis est. cum ergo associantur ei piper et mediane subtiles. solvit velociter. quoniam ipse adiuvant ipsum in resolvendo. et similiter in reubarbaro est virtus contrictionis fortis. sed tamen cum ea est virtus apertiva minuitur eius operatio. si ergo permisceatur cum bolo armenio aut cum acatia constringit vehementer. et quando permiscetur ut penetrare faciat et expellat sicut croceus permiscetur cum rosa et camphora. et corallo. ut faciat ea penetrare ad cor. et quando permiscentur eis propter contrarium illius. sicut semen iusquiami permiscetur cum subtiliantibus et penetrativis ut retineat ea tempore tanto spatio quod compleat in ipso operationem quam intendit. quoniam ipse cum inceperit sua subtilitate penetrare. permiscentur ipsum velociter ante complementum operationis. semen ergo rasani commovet ad vomitum. quare figitur in quo movetur ad venas per contrarium. Ille autem que destruuntur propter commixtionem. sunt sicut si sint due medicine una efficientes operationem. sed duabus potentiis contrariis. aut que contrarius. tunc quando aggregantur. si contingat quod una earum antecedat ad operationem suam efficiet operationem. et si non antecedit una earum aliam. prohibet se sicut viola et mirobalani. viola est solvit leniendo. et mirobalani solvunt exprimendo. et inspissando. cum ergo super veneriut materiei alborum destruuntur si mirobalani antecedunt. deinde supervenerit viola. non est alicui ipsorum operatio. et si ante cedat viola et leniat. deinde supervenient mirobalani et exprimant. erit operatio fortior. Tertia vero est. sunt aloes. dragagantum et bdellium. aloes est solvit et mundat intestina. Si tamen excoriat et aperit venarum orificia. cum ergo associantur ei dragagantum et bdellium. venarum orificia et est in columne. Isti ergo sunt canones et exempla iuvantia ad cognoscendum vias medicinarum et earum administrationem. Cap. VI. de collectione medicinarum et ipsarum conservatione.

Medicinarum alie sunt de plantis. alie de mineris. alie de animalibus. earum vero que sunt de mineris meliores sunt. ille que sunt de mineris quibus cognoscitur sicut calcadis. cabrusie et attramentum cattameniu. deinde sunt aptum mirtione extrinseca. imo fit in quo collectum est ipsum pura sibi de suo genere non fractum in suo colore et gustu quod sunt ei proprie.

Earum vero que sunt de plantis. alie sunt folia. alie sunt semina. et alie radices. alie virge. alie flores. alie fructus. alie gumme. alie tota planta sicut est. folia autem colligere oportet. postquam integre inceperunt hic quantitate quod debent. et remanent secundum suam formam. antequam ipsorum color alteretur et frangatur. nedum quod cadunt et attrita sunt. sed semina sunt colligenda. postquam ipsorum tinum figitur et exsiccatur ab eis cruditas et aquositas. Et radices sunt sumende. cum casus foliorum tempus est. flores vero colligere oportet post aperitionem integram. ante extenuationem et casum. sed virge sunt colligende cum iam ad integritatem pervenerint. et non inceperint extenuari et contrahi. Et fructus qui sunt colligendi postquam finitur complementum eorum. et ante quam sint parati ad cadendum. Illud vero quod sumitur totum. oportet ut sumatur secundum vigorem suum. et cum ipsi semina tinum sunt consecuta. et quanto tunc radices fuerint minus contracte et virge minus extenuate et semina pinguiora et plus plena et fructus solidiores et ponderosiores. erunt meliores. Et si non excusat magnitudinem cum extenuatione. ut incalit senum et arefactionem. sed sicut cum pondere est valde melior. Ille preterea que in claro aere colliguntur sunt meliores. collectis in disposita humiditatis aeris et in ilica mitate temporis pluvie. Silvestres quoque omnes. domesticas sunt fortiores et minoris quantitatis secundum plurimum. et de silvestribus montane sunt fortiores. et ille quarum collectionis loci sunt ventosa et sublimia. sunt fortiores aliis. Et ille hore collectionis quarum pluvia non desinit. sunt fortiores eis quibus desinit pluvia in tempore quo debent. et totum hoc secundum plurimum. et quanto tunc fuerit earum color magis tinctus et sapor magis apparens. et odor fortior. erunt fortiores in genere suo. amplius. herbe debilitantur post duos aut tres annos. non medicine iuvantes que excipiuntur. sicut duo elleborum. Ipsi est alio longiori tempore permanet. gumme vero colligende sunt. post congelationem et ante exsiccationem parata pulverizationi. et sunt plurimarum earum non remanent post tres annos. et preter euforbium. verumtamen fortior cuique ordinis spatium durationis prolongatur secundum ipsius bonitatem. cum autem recens defiat fortis. procul dubio stat duplum veteris loco debilis eius in omni re. Illas vero que sunt ex animalibus assumere oportet ex animalibus iuvenibus in tempore veris. et eligantur animalia se-

nozi hūīta cū integora et mbra. Et
oz ut qequ d eis tollit. toll at cū decolla
ta sūt. et caueat ne i q assūit sit ex
aīalib; mortuus ab egritudib; eis ac
cidētib;. Isti sūt g canones uniusale
quos apd medicū ꝑratos oz ut eē me
dicinarū singlariū. nc ū iusceo ectatu
in aꝑte uolo. Loqm g d natiuis me
dicinaꝝ singlāū anobis cogitarū.
et carū qrū cognitio nb possibil' eit ose
qm eaꝝ ipssicaȝ attēdendo signa ieis
ueta. et dimittem narrare mediana
d qb; nichil nouimi. n noā tm. Et or
dinabim arcolas pdictas cū suis colo
rib;. Et significabim inp'mis nume
rū egnū cuiqȝ tabule. et sī nāȝ cuiqȝ
egius cū uolūtate dei excelsi. et uolta
te auxilii ipi. Tractat scds. lib scd.

Iam significa ꝟba principis abohali.
uim intētatu pmo ordinē arcolarū.
quas ordinauim. Et nos qdē uolum
h afficere i q significat res cadentes in
oī arcola. et ticturas q sūt ei ꝑ. arcola
rū aūt tū pmarū. res apparētes sūt.
In illis n q sūt p eis. C q indiget dis
tictiōe capituloꝝ et tictuarū. n estime
nos uoluisse studē in inuestigatiōe nu
meri ei q naimm. nos ē n fecim i. Et
atulim q inuenim in capitul' media
narū singlariū. quas narrauim diu
uamitis et uiditis ē pis. Et arcola p
ma hui sume q ingredit tictuare.
ē arcola opationū et pprietatum.

Arcola opationū et pprietatum.

Sbul'. spissa. uiscosa. exsiccatiua.
sbtiliatiua. inspissatiua. iuuiscatiua.
resolutiua. abstsiua. cglutinatiua.
exasꝑatiua. aplanatiua. apitiua o
rificioꝝ uenarū laxū faciens. masi
ua. disrūpēs uēto sicutes. attrītiua.
mordicatiua. repcussiua. mūdifica
tiua. seditiua doloꝝ. et ephiles effu
sioēs materiꝝ. rubificatiua. pruitū
faciēs. ulcātiua. Corrosiua. adusti
ua. rectificatiua putridīs. putfacti
ua. cauticatiua. roboratiua. digesti
ua. crudū faciēs. stupefactiua. opila
tiua laxatiua. et rari. inflatiua. la
uatiua. lubficatiua. expssiua. ocēti
ua. exiutiua. clarificatiua sāguis.
sudoris. puocatiua. retētiua sāguis.
retētiua sudoris. laudabil' chimi. ui
tupabil' chimi. Expulsiua nocumti

abi. multi nutimti. parua nutimti.
Cofortās mbra. cfortās uiscera. ma
li humoris. cuīt ad oēȝ humorē. Cofert
egitub; melācolie. gnāt melācoliā
gnāt colā atiā. gnāt flegma. Ex
pellit nocumtū flegmatis. cueīt se
nib; opatioēs extiīcc. opatio in ārefa
at penetrāt solutiua. Arcola deco

Mundat. cturbat. remo rationis.
uet sahaphat. cfert morfee. et sor
dib;. et albaras. fac puenīr albaras.
ipetigini. panno. lētiginib;. fiat
eueīre pannū. et lētigines. uestigus
ulceū. uestigus uarioloꝝ. fixuris
labii. fixuris fatiei. et capilloꝝ. rubi
ficat colorē. cfert fixuris pedū. E
radicat barulos. uerrucas ordeā asel
larū. et cor. lepre. fac possidē leprā.
Extrahit surculos et sagittas. et spinas.
abluit dentes. Eradicat dētes. odōi
narū. fetori oris. fac possidē fetorē
anelit. Impiguatiua fac macrescere.
pediculi fac pediculos. cfert panari
tio dētib; minus. unguib; tortis. ūgui
b; corro sie pūctis albis in eis. custo
dit mamillā et testiculu. fac bonū co
lorē. anelitū effic bonū. denigrat ca
pillos. dealbat capillos. plōgat ma
gnificat. rubificat. cfortat. In crispit.
aplanat. findit. phibz fissurā tyrie.
alopitie. pstratioī. phibz caluitiū.
facit cadere. fac caluitiū. abradit.
fac nasci capillos. Arcola apatū et lo

Apostematib; calidis. apatib; ctoz.
frigidis. apatib; in uiscis. flegmoī.
apatib; fluxis. Inflatioī. Cācro apa
tib; duris. scrofulis. assulia. adbie
lat. adulelet. intrinsib;. Erisipile.
formice. assē. de sudatioīb; uesicis.
Igni psico. pestilētie ābulatiue. apo
stematib; ulcerosis. alasaph. botlior
et lacteo. apatib; iuuoꝝ. apatib; lacto
rū. apatib; q sūt sb aurib;. apatib; sb
ascella. Rania aqse. Rania uetose.
apatib; epatis. apatib; spleuis. apa
tib; stōa. apatib; uētr. apatib; matās.
apatib; uesice. apatib; mamille. apa
tib; testiculoꝝ. apatib; renū. apatib;
fietens gnāt apata calida. gnāt apata
fluxa. gnāt apata dura. gnāt cancrū.

Arcola uulnerū et ulcerum.

Ulcerib; ābulatiuis. ulcerib; maligīs.
ulcerib; uetustis. ulcerib; sordidis.

dentib; minus .i. macul
q fiūt in facie ungui
...

sordidat ulcera. fistul' ɔfert collu
brelle. ɔsolidat. gnat carnē. destru
it carnē augmentatā. sigillat. ɔfert
scabiei ⁊ pruritui. scabiei ulcerose.
scabie melancolice. ad ustioē ignis
estio giuino. ulcerib' latis. pustulis
oris putrefactioē mbrorum. Igni psico.
ossib' leuiter escaras. infixas ī mbris.

Areola instrumentorum incturarū.

Dolori iuncturarū. durities lacertorum.
alfach. allrek. ɔtorsioē. ɔtra fioni
lassitatē. dolori neruorum. fac evertere
dolorē neruorum. torsioē neruorum. duritiei
iuncturarū. egritudi incturarū frigide.
desiccat neruos. ɔfortat neruos. apiti
neruorum. ulcerib' neruorum. nocet neruis. do
lori dorsi. sciatice casui ꝑcussioē. spas
mo. tetano. alaizez. ꝑalisi tremoī.
desiccatioē ⁊ dislocatioē. ramualy.
rupturis. dolori. dislocatioīs. dolori
pedis. podagre fac egredi cortices of
sium. Areola mbrorum capitis.

Soda calide. sodi frigide. Emicra
nee. gallee. nocet cerebro debili. fac
soda. ɔfortat capud. augmentū facit
in cerebro. purgat cerebrū. resoluit ue
tositates in capite. apit opilacioēs
cerebri. torture. apoplesie. gnat cap.
fac subet. fac soñ. fac scotoviā. tar
dat ebetatē. ɔfert uirigini ⁊ scotho
mie. ɔfert subet. Cōfert melācolie.
⁊ timori. ɔfert manie. ɔfert epi
lepsie. mouet epilepsiā. tinnitum
sopno puerorum. ⁊ aliorum. ɔfert timori.
ɔfert frenesi calide. subet. a salum
ɔgelatioī. Cōfortat ɔseruatioē. fi
cat possidē obliuionē. Cōfert ebetati.
ꝑhib' ebetatē. Confert dolori auri.
Cōfert sonitui ⁊ tonitrui. ɔfert sur
ditati forti ⁊ debili. ɔfert catarro. ⁊
coriza. ɔfert fluxui sanguis ex na
rib'. ɔfert fac fluere sanguinē ex
narib'. fac sternutare. remouet
sternutatioēs. Cōfert bothor oris. ⁊ al
la. ɔfert egritudib' oris. ɔfert flu
xui saliue. ɔfortat dentes. ɔfert
dolori dentiū. facile effic eradicatio
nē dentiū. ɔfert natiuitati dentiū in
fantiū. fac cadere dētes. ɔfert stu
pori. ɔfert apatib' lingue. ɔfert ra
nule. ɔfert ulcerib' gingiuarū. ɔfert
gingiuis sanguineis. fusfluib'.

Areola membrorum oculi. ....

Obtalmia calida. obtalmia uetusta.
a sebel. ulcera. lippitudini albe. altar
fati. uestigia iudia. uarietati. albu
gini. Emitur. grossitudini cornee. la
crimis. attrahit lacrimas. ɔfortat uisū.
ꝓhibet catharrū. apatioī. ɔstrictioē. aq
fistule. ungule. lippitudini. ɔseruat
sanitatē oculi. scabiei. ⁊ pruritui. su
bac pilis īpedientib'. almusezar. ulce
rib' oculi. Areola mbrorū pectoris ⁊

Confortat mbra anelitus. anelitus.
nocet mbris anelit'. ɔfert apatibus.
utrarūq; amigdalarū. ⁊ uuule. sq
uātie. ⁊ squinātie. sanguisuge. Impe
dimītis anelit'. asmati dilatatioē ane
lit'. asperitati pectoris. destructioē uo
cis. clarificat uocē. facit bonā uocē.
tussi. tussi sicce. tussi tēpali pleuresi.
ꝑiplemonie. sanei. sputo. sanei. sa
ce mundificat ulcera uelamīnis. spu
to sanguīs. dolorib' latis. sanguini
ɔgelato in pulmoē. Cōfortat cor. re
tificat intellectū. Malitie ɔpl'is cord
calide. malitie ɔpl'is cordis frigide.
sincopi. timori cordis frigido. tremoī
cordis calido. apatib' mamille. facit
habūdare lac. Areola mbrorū nutrimti.

Confortat stōm. debilitat stōm. digit.
mala effic digestioē. distrup desideriū.
deic desideriū. desiderio corrupto. ma
la stō. ɔfert singultui. nausie. facit
nausiā. facit angustiā. Cruciatiom.
fac cruciare. Mollificat stō. Apit o
pilatioē epatis ⁊ stō. ꝑpat stōm. mor
dicat stō. lubricatis stō. Cancro ī stō.
fac siti. Sedat siti. Inflat stō. sedat
inflamatioē stō. ɔfert dolori stō.
Apati in stō. Cōfortat epar. nocet
epati. dolorē epatis. opilatioē e
patis. fac epar possidē opilatioē. api
ti epatis calido. apati epatis frigido.
duritiei epatis. Indurat epar. debi
litat epar. hictiac citrine. hictiac ni
gre. facit possidē hicticiā. hydropi
si. asclulti. ydropisi. yposarce. y
dropisi timpanite. fac possidē ydropisi.
dolori splenis. Apati splenis. duri
tiei splenis. Inflatioē splenis.

Areola mbrorum expulsioīs. ....

Soluit colis. soluit humiditatē. ⁊ humo
res grossos. soluit melācoliā. sol
uit aquositatē. soluit uentositatē sol
uit sanguinē. stringit. Cōfert soloī.

i. q̄n oculi egrediūr ad exteriora

fluxui sanguinis cum egestione. facit ex coriationem. Colerice passioni. facit possidere colericam passionem. lubricati viscerum. tardat in intestinis. dissintierie. et ulceribus intestinorum. pungitivo dolori. facit pungitivum dolorem. tenasmon colice frigide. Colice calide. Colice ventose. Colice apostematose. apostemati intestinorum. ylocos. lumbis. doloribus viscerum. fetori stercoris. facit fetere stercus. provocat urinam. provocat menstrua. provocat utrumque. retentioni urine. ardori urine. distillationi urine. lenitati urine. Mictui sanguinis. mictui puris. Confortat renes. nocet renibus. diabeti. lapidi renum. apostemati vesice. dolori renum. ulceribus renum. ulceribus vesice. scabiei vesice. et pruritui eius. dolori vesice. et Mollificationi vesice. conforrtat vesicam. nocet vesice. dolori matricis. Retinet fluxum matricis. mundificat matricem. retinet menstrua. confert apostematibus matricis. duritiei matricis. coartationi matricis oris. provocationi orificii matricis. calefacit matricem. constringit matricem. confert ventositatibus matricis. ulceribus matricis. feminine matricis. plurimis impregnationem. facit beditatem sterilitatem. conservat embrionem. Solvit fetum. et occidit ipsum. et interficit eum. Iuvat ad impregnandum. facit egredi secundinam. facilem efficit partum. mundificat parturientes. provocat menstrua. retinet menstrua. Incitat appetitum coeundi. multiplicat sperma. minorat sperma. minorat pollutionem. pollutioni plurime. multiplicat pollutionem. Erigit. confert sciatica. apostematibus ventris. ulceribus ventris. Egressioni ani. confortat anum. Confert apostematibus ani. ulceribus ani. Ragadiis ani. doloribus ani. fluxui sanguinis ani. Mollificationi ani. Emoroidis ani.

Tabula febrium.

[F]ebribus calidis. febribus temporalibus frigidis. febribus permixtis. terciane. causonidi. sinoche. quartane. cottidiane. pestilentiali. etice. febribus efficientis. febri dicte opilative. febri dicte laboriose. febri dicte apostematose. febri antique. medie terciane permixte. tremori. febri sincopali. Tabula venenorum.

[T]riaca beczahar. interficit venenosa. expellit venenosa. venenum. Medicina pernitiosa. Napello. Extremitas caude e[st] ... felli vipere. Iusquiamo nigro. opio. benz. lingue draconis fungis. Canthariclis. strangulatori. lepori. et adhibet. lepori marino. Interficit mures. morsui serpentis. vipere. scorpioni. tarantule. aranee. aliarana. infectioni vulneris. morsui canis. morsui hominis. Cani rabioso. dracone marino. damule. et iugali. Sagittis venificatis. alkelcil. sagitte armene. felli leopardi.

Littera. elif.

[A]bsinthium quid est. semen feniculi romani. Et est minoris acuitatis quam nabati. et in ipso est dulcedo. et est acutum quam nabati. Electio. romanum ponderosum. Natura. In quo galienus est calidum in secundo. siccum in tertio. Et dixit diascorides est utrumque in tertio Operationes et proprietates. Est aperitivum cum stipticitate parva et est sedativum dolorum et resolutivum ventositatum. et ex ipsa assellat. Et in ipso quod est acuitatis. quam medicinas adiuventibus fit manum. vulnera et ulcera. Confert inflationi in facie. et apostematibus ex timiratum. Membra capitis. Si eo fiat vaporatio et naribus eius vapor attrahatur sedat sodam. et vertiginem. et si teratur et misceatur cum oleo rosato et distilletur in aurem. Sanat quod accidit in interiore parte eius ex soda a compressione aut percussione et dolorem eius et.... Egritudines oculi. Confert selel antiquo. Membra anhelitus et pectoris. provocat lac. Membra nutrimenti. Abscidit sitim factam ex humiditatibus bauracinis. Et confert opilationi epatis et splenis generate ex humiditatibus. Membra expulsionis. Provocat urinam et menstrua. et mundat matricem a fluxu humiditatum albarum. Et est motivum coitus. Et quoniam constringit ventrem et adiuvat ipsum ad ... eius provocatio. Et aptitudo opilationes renum. et vesice et matricis. Febres. Confert antique. Venena. Expellit nocumentum venenorum et venenosorum.

[A]bsinthium quid Est herba similis folijs origani. Et in ipso est amaritudo. et stipticitas. et acuitas. In quo humana absinthium est pluribus speciebus. ex eo est et torasceium. et est ex eo orientale. et allatum de monte luchrin. et susim. et tarsense. et dixerunt alii antiquorum. species eius sunt quinque. tarsense et susim. et nabatum. et corasceni. et romanum. et in nabati quod est boni odoris. Et ad ultimum in ipso est ....

Iusquiamum album.
lupus.

Liber iste scilicet in litteris alfabeti arabica fa... id in principio dixit littera elif ... in latino observari non potest.

Areola permutationis ... quam ... michael ...

loco eius ...

terra que comburitur. et sui subtilis que solvit et aperit.
Et est et ex speciebus sechu. et propterea vocaverunt
ipsum quidam sapientes sechacromanum. et eius
succus est fortior foliis ipsius. Et ipsum quidem est
in comparatione succi prassii. **Electio.** Que
ex eo est melior est susini et tarsense et est
mirabilis coloris et odoris aloes cum
contritione. Et ex eo est domesticum et silvestre rec-
tificatio potionis fit cum oxizacra ℥ iii.
Natura. Est calidum in primo. siccum in
secundo. et eius succus est calidior. Et dicitur
quidam quod est siccum in tertio. et est quod vetus.
Operationes et proprietates. Est aperitivum et stip-
ticum. et eius stipticitas est fortior amaritu-
dine ipsius. Sed nabatum est fortioris stip-
ticitatis et minoris caliditatis. quapropter
non solvit flegma et ex stomacho. unde propter ipsum
fit iuvamentum in eo. Et est oppilatio in fleg-
mate. et melancolia. et in ipso et est reso-
lutio. Et ex proprietatibus eius est. ut prohibeat
pannum a tineis et a corruptione tinearum.
et prohibeat encaustum ab alteratione. et car-
tas a corrosione. **In decoratione.** Facit co-
lorem bonum. confert tinee et alopitie. et
removet vestigia violacea sub oculo et
in aliis locis. et confert crossitiei palpe-
brarum. **Vulnera et ulcera.** Confert du-
ritiebus intrinsecis in emplastro positum aut
bibitum. **Egritudines membrorum capitis.** Ex-
siccat caput. Et ipsius succus facit sodam. et
ecitamo quod est propter suum nocumentum quod istud
facit et vapor decoctionis ipsius. confert do-
lori auris. et quando bibitur ante vinum confert
ebrietati. et quando ex eo fit emplastrum interius
in pilatro confert prefocationi intrinsece.
et confert apostematibus que sunt post aures.
Et confert dolori auris et fluxui humidi-
tatis. et confert apoplexie bibitum cum melle.
Egritudines oculi. Confert obtalmie
antique. propter quod valet preterea cum ex eo fit
emplastrum sub oculo. et panno. et si ex ipso fiat
emplastrum cum careno. sedat pulsationem oculi.
et aperit eum. et confert parvissimi in eo. **Egritu-
dines membrorum anhelitus.** Sirupus eius con-
fert tetano. qui est sub ypocondriis. **Egritu-
dines membrorum nutrimenti.** Reducit ape-
titum et est medicina mirabilis ad hoc cum bibun-
tur decoctionis eius aut succi ipsius decem die-
bus. si quis quoque die tres atulisset. et sirupus
eius confortat stomachum. et efficit operationes alias.
et confert hictericie. et preterea si bibatur succus
eius decem diebus. scilicet quoque die tres uncie.
et confert ydropisi. Et similiter emplastrum factum

ex eo cum ficubus et nitro et farina lolii.
inerē resolutio parua. Et acetosū est
magis stipticū. Et illa q̄ n̄ ē uehem̄ti'

[margin: .lacrosa .i. lbera siluestris / i. ... lapacium]

rubedinis plus nutrit. Et hoc quod est silvestre est dulce. Et omnis super colam. et eius humor est laudabilis. Decoratio. Radix eius cum aceto confert scabiei ulcerose et excoriationi unguis. Et quando coquitur cum vino confert emplastrum eius albaras et impetigini. etc. Apostemata et botor. Et ex ea fit emplastrum scrofulis ita quod dicatur si radix suspendatur in collo hominis scrofulas iuvat ea. Vulnera et ulcera. Eius radix cum aceto confert scabiei ulcerose et impetigini. Et eius decoctio cum aqua calida pruritui. Et similiter in [illegible] balneo est ultima. Membra capitis. Colluitur os cum succo eius ad dentem dolorosum. et similiter cum decoctione eius in vino. Et confert apostematibus que sunt sub auribus. Membra nutrimenti. Confert hyctericie [illegible] cum vino. et sedat nausiam. Et comeditur propter desiderium luti. Membra expulsionis. Ipsum et semen eius stringit. et [illegible] eius quod ex ea magna est. Et de quo quod in eius foliis est levitas quedam. et in semine eius constrictio. et apparet quod et in semine acetoso non fixo est lubricatas et lenificatio. Et radix eius [illegible] confert fluxum matricis. et frangit lapidem in renibus quando bibitur in vino. Et viscositas que est in ipsa confert rasure intestinorum. que accidit ex siccitate superfluitatis. ipsa est cum [illegible] confert rasure quod lubrificat. Venena. Confert puncture scorpionis. et precipue silvestris. Et si administretur semen eius ante puncturam scorpionis non nocebit ei punctura.

Asinus quod est decoratio. Cinis carnis asini. et epatis eius cum oleo valet super posita fissuris quod frigoris. Apostemata et botor. Cinis epatis asini cum oleo super scrofulas valet. Vulnera et ulcera. Sanat lepram. Instrumenta nutrimenti. [illegible] ex siccitate [illegible] carnis eius. et caro eius et est [illegible]. Membra capitis. Epar eius assatum et ieiuno comestum confert epilepsie. Et similiter eius ungula adusta. et fit eius potio omni die duo cochlearia. Membra expulsionis. Dicitur quod eius urina valet dolori renum. Et urina confert silvestris frangit lapidem in vesica. secundum quod dicit galienus.

Apium quod est. Et aliud est montanum. et aliud est silvestre. et aliud domesticum. et aliud est quod oritur in aqua maius domestico. cuius virtus est sicut virtus domestici. Et eius est species alia que nominatur smirnion maius domestico. [illegible] ad albedinem declinans. Et diversificatur in regionibus. Et eius aliud est romanum. et aliud est aliud. Et melius est montanum petroselinum. immo est petrosum. Electio. Fortius est romanum montanum. Natura. Est in primo calidus. et in secundo siccitatis. Ruffus vero dicit quod domesticum est humidum vel radix eius sicca [illegible] convenientia. Opiniones et proprietates. Est resolutivum inflationis. aperitivum opilationis. faciens sudare sedativum dolorum. Et silvestre est ulcerativum [illegible]. Et quod ex eo [illegible] est magis conveniens calefactus. Decoratio. Silvestre confert alopicie et fissuris unguis. et verrucas et fissuris frigoris. Et domesticum odorem oris efficit bonum valde. Apostemata et botor. Resolvit flegmatica in principio. et dura et calida precipue quod nominatur smirnion. Vulnera et ulcera. Silvestre ulcerat quando ex eo fit emplastrum. et similiter confert scabiei et impetigini. et vulneribus. usque ad sigillationem precipue smirnion. Instrumenta nutrimenti. Smirnion. Convenientes sunt omnes partes eius sciatice. Membra capitis. Est malum epilepsie. excitatis epilepsiam epilenticorum. Et dicitur quod si suspendatur radix eius in collo confert dolori dentis. verumtamen frangit ipsum. Membra oculi. Apium domesticum ingreditur in emplastris dolorum oculi. Membra anelitus et pectoris. Confert tussi et precipue smirnion. et similiter asmati. et strictture anelitus et difficultati ipsius. Et apium quod est ex emplastris apostemati mamille calidorum. Membra nutrimenti. Confert epati et spleni. et movet eructuationem propter resolutionem suam. et non est velocis digestionis et descensionis. Et in semine quod est apii est aliquid quod faciat nausiam et vomitum non assequitur. Et quidam dixerunt quod omnes species eius conferunt stomacho. Et ruffus inquid non. immo quoniam attrahit ad ipsum humiditates malas acutas. Et crudum de eo in stomacho plus gravat. et facit nausiam. verumtamen stomacho romanum melius est. Et galienus quod dicit quod ipsum est ex eis que convenientes est comedere cum lactuca. Ipsum est temperat frigiditatem lactuce. Et conveniens est ut sit acceptio eius post cibum. Et semen eius confert ydropisi et mundificat epar. et calefaciat ipsum. Membra expulsionis. Provocat urinam et menstrua. et purgat renes. et vesicam. et matricem. Et omnes species eius et partes eius conferunt. Et semen et folia eius no-

solvuntur. Et in radice eius est solutio. Et vi nocumentum frangit lapidem. Et apium quidem confert difficultati urine, et exhibit secundinam per siniuron. et replet humiditate ac matricem. Cum in consuetudine est eius comestio. quidam autem dixerunt apium excitat coitum. ita dixerunt. et ut ablactantes prohibeantur ab acceptione eius. ut non corrumpatur lac eius propter desiderium coitus excitationem. Et romanum quidem est bonum colon et vesice et renibus. **Venena.** Et decoctione cum lentibus fit vomitus post potum venenum. et siniuron est exe[?] magis conveniens. Et cum scorpio pungit comedentem ipsum fortior fit res per illud.

A[ur]icul[?] quid est. Virtus eius est sicut virtus eius quo adheret auri. et debilior parum. **Natura.** Est calidum in secundo. sicut in tertio. **Operationes et proprietates.** In eo est virtus eradicativa. putrefactiva. et abstersio cum est cum acuitate et stipticitate pauca. Et in ipso est adustio et ulceratio. **Decoratio.** Deleat verrucas. **Membra oculi.** Bonos efficit colores. pilos palpebrarum et prolongat eos. Et est ultimum sicut dicitur in illo propter proprietatem que est in ipso. et dicitur propterea quod ipse curat humores malos prohibentes ortum pilos bene. **Membra pectoris et anhelitus.** Confert asmati. **Membra expulsionis.** Provocat menstrua sufficienter bibitum et in matrice suppositum. et solet educere melancoliam. et quoque sanguinem est commixtum in quo est grossitudo. et confert dolori renum. Et eius potio est usque ad quatuor karmet et usque ad duas. et permixtum medicamentis.

[in margin: in alio 3 una]

Amigdale quid sunt. Note sunt. Et earum unctuositas minor est unctuositate nucis cum tamen in eis sunt unctuositas plurima. cum masticantur. Nux vero velocioris est digestionis quam ipse. et velocioris conversionis ad coleram. Et gumma quidem eius que est dulcis. est secundum quod quidam existimant propria dispositionibus gummi arabici. **Natura.** Que dulcis est equalis est in eis. ad humiditatem parum declinans. Et amara est sicca in secundo. **Operationes et proprietates.** Gumma amigdale amare constringit et calefacit. Et in omnibus speciebus amigdale est mundificatio. et abstersio. et apertio. Si dulcis est plurimum debilior quam amara in operatione sua. quoniam est subtiliativa. abstersiva. et est parvis inflativa. Et dicitur quod in ipsa omnino non est stipticitas. et eius nutrimentum est parum. Proprietates amare sunt. quod ipsi non stringit omnino. Et quod ipsa interficit vulpem.

[in margin: in alio ad masticandum]

[in margin: No.]

et amara est medicina absque nutrimento. dulcis vero bonum prebet nutrimentum sed parum. Et oleum quidem amigdale. levius est cum ipsi. **Decoratio.** Amara confert posita super pannum. et lentigines. et cicatrices. et percussiones. et aplanat contractiones faciei. et cum radix amare coquitur. et linitur super pannum est medicina fortis. Et comedere amigdalas dulces impinguat. **Apostemata et bothor.** Amara cum vino est bona ascare[?]. **Vulnera et ulcera.** Liniuntur cum melle super ambulativa. et formica. et cum aceto et vino super impetiginem. et amara est magis ultima in omnibus illis. **Membra capitis.** Sunt valde bone dolori auris et sonitui in ea. et precipue oleum amare. et contra cum sua dispositione. Et caput abluitur cum eis et cum vino. purgatur humiditate. et furfures. et faciunt somnum. Et cum amigdale amare bibuntur ante vinum. prohibent ebrietatem. et precipue quinquaginta numero. Et radix quidem amigdalarum amararum quando optime teritur et permiscetur cum aceto. et oleo rosato. et fit inde emplastrum fronti confert sode. Et similiter oleum amigdalarum amararum confert ei. **Membra oculi.** Confortat visum. **Membra anhelitus et pectoris.** Amigdale amare cum amilo tritici. sunt bone sputo sanguinis. et confert tussi antique. et asmati. et pleuresi. et precipue oleum dulcium amigdalarum. Et sauich de amigdale confert tussi. et sputo sanguinis. **Membra nutrimenti.** Aperiunt opilationes epatis. et splenis. et precipue amare. ipse vero quia aperiunt opilationes accidentes in extremitatibus venarum. Et cum comeduntur recentes cum corticibus suis. mundificant humectationem stomaci. et sunt difficilis digestionis. et boni humoris. et parvi nutrimenti. Et quando comeduntur cum zuccaro descendunt velociter. et earum sauich que est commovens coleram sua dulcedine. **Membra expulsionis.** Que amare sunt. aperiunt opilationes renum. Et oleum amararum mundificat renes et vesicam. et frangit lapidem. et precipue cum ytro bibitum. Et quando confert facto emplastro cum oleo rosato et aceto. et confert doloribus matricis et apostematibus eius calidis. et duritiebus eius. et prefocationi ipsius. et difficultati urine. et dolori renum. Et supponitur et provocat menstrua. Et dulces conferunt colice propter suam abstersionem. Et amare sunt magis iuvative. et earum levius corpus est oleum earum. **Venena.** Confert morsui canis rabiosi.

[in margin: al' sabaphar]

[in margin: Ad prohibendum ebrietatem. Sampsio[?] post tres quinque sufficit. — vel comedunt in ieiunio]

Aqua. Electio. Aquas bonas et lau
dabiles iam diximus in primo libro. Illic igitur sci
antur. Male autem aque sunt stantes, et que sunt
in lacunis, et super quas dominatur sapor ex
traneus et odor extraneus, et in constate spis
se grauis ponderis, et que cito in lapidem
conuertuntur, et ille super quas natat musca
mala, et quarum superius congelatur res
extranea mala. Et scias quod inusitatis
nocumentis in aquis succurritur cum lacte et
uino grosso et amulo. Et melius est cum ui
no subtili odorifero, et antiquo, et cido, et
acetositatibus immaturis, et oleribus so
lutiuis, et cum prouocatiuis. Aquas uero
grossas et conturbatas rectificant subtiliatiua
sicut aleum et cepe et porri. Et bibere uinum
post eas remouet malitiam earum, et
propter prouocationem eius. Et aqua que est aspera non est
aut grossa aut acuta abstersiua. Et ideo
quoniam aqua aspera illa quae uehementer mundifi
cat illum qui ea abluitur. Amaram autem rec
tificat dulcia. Et aquam salsam recti
ficat celocitate siccitas et granum mirti.
Et poma quae dicuntur zarror et lutum calidum.
Et samech. Et aquas malas uniuersaliter
rectificat acetum. Natura. Aqua maris
est acuta calida. Aqua nitrosa est calefactiua
exsiccatiua. Aqua erea et ferrea confert in
sioribus. Operationes et proprietates. Aqua frigida
nocet habentibus opilationes; uerum ipsa con
fert habentibus raritatem et cursum, quemcumque
cursus sint, et ex quocumque membro fiunt, et eis
qui habent egritudines calidas; et confert et confortat omnes
uirtutes in operationibus suis, que sunt cum ca
liditate. Sed digestiua attenuatiua et retenti
ua et expulsiua. Decoratio. Aqua marina
confert salsuris accidentibus a frigore antequam
ulcerentur, et necat pediculos, et resoluit
sanguinem congelatum sub cute. Et aque
sulphuree sunt bone morfee et baras.
Apostemata et bothor. Aque sulphuree conferunt
apostematibus iuncturarum et dubelati et uerucis
pendentibus. Vulnera et ulcera. Aqua dul
cis ad bibendum est mala ulceribus propterea quod hu
mectat, et est diuersa ei quod conuenit regimini
ulcerum. Aque marine usus confert plu
rimum scabiei et impetigini. Et aque sulphu
ree et aluminose sunt bone scabiei et impetigini si in
eis fiat balneatio, et similiter salauphat.
Instrumenta iuncturarum. Aqua marina et similes
conferunt egritudinibus neruorum, et propter quod balnea
tio fit cum ea sicut tremori et paralisis et stupori
et similes. Et aque sulphuree et similes. Et
conferunt omnibus doloribus iuncturarum et neruorum
frigidis. Membra capitis. Epilentici iu
uantur ab aqua tepida, et leduntur ab aqua
calida. Vapor aque marine confert epilen
sie. Et aqua erea confert auri et oculi. Membra
oculi. Aqua aspalti est mala oculo. Membra
anhelitus et pectoris. Aqua frigida ualde
est mala pectori, quamuis aqua est nociua car
ni pulmonis propter humectationem quae est in ipsa,
cum ipsa indigeat exsiccatione. Aqua tepida
est bona apostematibus gutturis et uuule et pec
toris. Et aqua marina fit embroca apostemati
bus mamille. Aqua nitrosa quoniam confert pul
moni. Aqua aluminosa confert sputo
sanguinis. Aqua ferrea confert splenetico
stomacho, et aqua erea propria est illi. Membra nutri
menti. Aqua nitrosa quoniam confert propter ni
trositatem suam stomacho humido. Aqua alumino
sa confert uomitum et pluribus ipsis. Et similiter
aqua thermarum stiptice atque sulphuree
conferunt apostematibus splenis et doloribus eius,
et similiter epatis. Aqua frigida ualde no
cet propter habentibus opilationem. Aqua marina
et similes ualde sunt male. Vapor aque
marine confert ydropisi. Membra expul
sionis. Et aqua marina fit clistere ad
dolorem pungitiuum uentris, et quando bibitur
et soluit. Deinde post ipsam bibitur ius gallinacei
ne et sedat mordicatio eius. Aqua alumino
sa prohibet abortum et fluxum sanguinis men
struum. Aqua sulphuree conferunt doloribus
matricis. Aqua frigida ualde est mala coitui
et stringit uentrem, et sedat motum spermatis
et eius cursum. Aqua salsa soluit, deinde strin
git exsiccatione sua. Et omnes aque minera
les faciunt urine difficultatem, et pariendi
et menstruorum. Et plurimum earum soluit et ex
siccat. Et quedam earum sicut aluminosa strin
git, et quoniam faciunt euenire colicam etiam.
Aqua uero ferree et eree sunt bone renibus et
colice. Et aqua conturbata facit euenire la
pidem in renibus et uesica. Et aqua quae in qua
extinguitur ferrum confert sputo sanguinis.
Febres. Aqua sulphuree et lutose et turbide
faciunt acutas febres, et fetide et grosse fa
ciunt prouenire quartanas. Venena. Ad
morsum uipere sedetur in aqua marina et
iuuatur ab ea, et similiter fit in reliquis animalibus.

Milium quid est. Natura. In frumentosis
frigidum est et siccum in primo. Operationes et pro
prietates. In ipso sunt mundificatio et leni
ficatio. Et oportet quod accipiatur una pars amili
et coquatur cum triplo sui de aqua. Decoratio.

i. sicut frumentum.
nat' calidum.

Et est solis.

Cum aceto supposito panno delet ipsam. Vulnera et ulcera. Consolidat ulcera et sanat ea. Membra oculi. Prohibet cursum materierum ad oculum. Membra anelitus et pectoris. Lenit pectus et sorbitio facta ex eo prohibet fluxum a pectore. Membra expulsionis. Amilum solum et cum lenticulis stringit naturam. prohibet fluxum colere.

Ameos quid est. In ipso est amaritudo pauca et acuitas. Electio. Magis quod in ipso iuvativum est semen eius. Natura. Calidum est et siccum in tertio. Operationes et proprietates. Aperit opilationes. et in ipso est cum exsiccatione lenificatio. Decoratio. Et potatum et linitum cum eo fricatum convertit colorem ad citrinitatem. et ponitur in medicinis que sunt ad morsum ferarum. et alburas. et conficiatur cum melle. et ponitur ex eo emplastrum super occultationem sanguinis ubi est. Membra anelitus et pectoris. Confert lenitati pectoris. Membra nutrimenti. Confert madefactioni stomachi. et sedat nauseam stomachi. et sbu. siccitatem aere. et est bonum epati et stomacho frigidis. Membra expulsionis. Datur ad bibendum cum vino et provocat et commedit. et removet difficultatem urine. et expellit lapidem fractum et urinam solvit. mundificat renes. et vesicam. et confert ventositatibus. et dolori ventris pungitivo. Et suffumigatur cum eo matrix cum gummi mapini. et mundificat eam. Febres. Confert febribus antiquis. Venena. Decoctio ameos effunditur super morsicationem scorpionis et sedat. et ad puncturam animalium venenosorum.

Artanitha quid est. Illud quod de eo administratur est radix eius. et est buchor mariem. Et nos quidem iam in ipso locuti fuimus secundum verba diascoridis. quod habet capita sicut capita ciceris. et folia eius sunt sicut folia caulis. Et eius radix est nigra similis radici cepe. sed sub species que cognoscitur in nostro tempore. Planta quam nunc arthanita cogitatur est spine spisse breves. que habent radices quibus lana lavatur. Et proprietates quas narravimus sunt iste. Et videtur quod sit error translationis. Operationes et proprietates. Est mavium resolutivum. Instrumenta iuncturarum. Est bonum doloribus iuncturarum et utriusque anche. Membra capitis. Facit sternutationem et aperit opilationes narium. et opilationem collatorum. Membra nutrimenti. Confert singultui. Membra expulsionis. Fiat fetui. Venena. Et decoctio valet punctionis venenosis. Et similiter sirupus eius. Provocatio. Locatio eius ponitur in aborsum. et iuvamento quod efficiat in venenis. propter quod aquile de aristologia longa. et semen cum et mentastro.

Ambra quid est. Ambra quod extimo est manatio fontis in mari. Illud vero quod ponitur ultimum quod est de spuma maris. aut stercore animalis maris longinquum est. Electio. Melior est grisia. fortis asceleti. deinde varia per actiua. Et deterior est nigra mala. Et adulteratur cum gypso. et cera. et laudano. et almendeli. et est species nigra mala. multotiens assumitur eructare pisces que eam comedit et moritur. Natura. Est calida et sicca. et videtur quod sit caliditas eius in secundo. et siccitas eius in primo. Operationes et proprietates. Confert decrepitis subtilitate sue calefactionis. Decoratio. Et almendi est species que lotionis denigrat corpus et convenit ad consequendum propter declinationis. Membra capitis. Confert cerebro et sensibus. Membra anelitus et pectoris. Confert cordi.

Aranea aparata et lutelor. Tela eius stringit fluxum sanguinis quando ponitur super vulnera. Operationes et proprietates. Cum ponitur tela eius super ulcera prohibet ea aparari. et super vulnera. Membra capitis. Cum coquitur aranea grosse tele albe cum oleo rosato. et distillatur in aurem. sedat dolorem eius. Febres. Dixerunt quidam quod tela aranee quando miscetur quibusdam emplastris et ponitur super frontem et tempora. sanat febrem terzanam. Et extimaverunt quidam quod tela specierum cum tela est spissa alba quando stringitur in cute eius. et suspenditur super collum aut adiutorium. sanat febrem terzanam.

Argentum. Natura. Est infrigidativum et siccativum. Operationes et proprietates. Secoria eius est stiptica valde. et in ipsa attractio et exsiccatio. Et quando pulverizatur confricatio eius medicinis alius confert humiditatibus viscosis. Vulnera et ulcera. Est valde bonum scabiei et pruritui. Membra capitis. Confricatio eius confert fetori oris. cum pulverizatur per mixtionibus aliis. Membra anelitus et pectoris. Confricatio eius cum commixtionibus confert tremori cordis.

Aloes quid est. Est succus congelatus inter rubedinem et citrinitatem. Et eius aliud est succotrinum. et aliud est arabicum. et aliud est semenginum. Et dixerunt quidam quod planta eius est sicut planta enule. sed non est ita. Electio. Illud quod melius est succotrinum est. cuius aqua est sicut aqua. et odor eius est sicut murre splendidus ...

i. spuma ceti

non est species

gibilis. mundus agypso. Et arabicum
est mundum in albuitate et ponderositate et in
splendore. Et in secundo sunt ei est in quo duricies.
Et asemeiem est fetidi odoris cooperti
parue acuitatis cui non inest splendor.
Et cumque aloes antiquatur fit nigrior. **Na-
tura.** Est calidum usque ad tertium. siccum in secundo.
et dicitur quod est calidum et siccum in tertio. sed non est ita.
Operationes et proprietates. Virtus eius est stiptica.
exsiccatiua corporis. faciens sopnum.
Et indus quod est plurimum est lauatum. est eius
exsiccatiuus sine mordicatione. et in ipso
est stipticitatis parua. et de paucitate mor-
dicationis eius est. quod ipse non mordicat uul-
nera mala. **Decoratio.** Cum melle super
uestigia percussionis positum confert. et conso-
lidat panaricium ulceratum. Et cum uino
ponitur super capillos cadentes. et prohibet ca-
sum eorum. **Apostemata et bothor.** Confert apostematibus
ani et testiculorum. et precipue apostematibus latorum que
sunt ab utraque parte lingue. cum est cum melle
aut cum uino. **Vulnera et ulcera.** Et est
conueniens ulceribus difficilis consolidationis.
et precipue in ano et uirga. et naso. et ore. et fi-
stulis. **Instrumenta iuncturarum.** Confert
doloribus iuncturarum. **Membra capitis.** Et
mundificat superfluitates colericas que sunt
in capite. et quando linitur super frontem in soda
cum oleo rosato. confert sode et sanat eam.
et confert ulceribus nasi et oris. et est comme-
dianus conferentibus contusioni auris et na-
si. et apostematibus latorum que sunt in utraque parte
lingue linitur cum uino et melle. Et in
medicina antiqua aloes solet educere
nigram. et confert melancolie. et aloes quod est
purificatum acuit uisum et acuit stomachum. **Membra
oculi.** Confert ulceribus oculi et apostematibus eius.
et doloribus ipsius. et curat angulum lacrima-
lis. et exsiccat humiditatem eius. **Membra nutri-
menti.** Mundificat superfluitates co-
lericas et flaticas que sunt in stomacho. Et quando bi-
bitur ex eo duo coclearia cum aqua frigida
aut tepida. infrigidat apetitum salsum
et corruptum. et est conueniens ad ustionem et infla-
mationem factam in uiua ex caliditate
colere in stomacho. Et quando assumuntur de eo in
mane et sero pillule permixte cum rectifi-
cantibus ipsum. soluunt uentrem et non corrumpunt
pũt abũ. Et quoniam confert doloribus stomachi.
in die una. et aperit opilationes epatis.
Sed ipse ledit epar. et aufert hictericiam
soluendo ipsam. **Membra expulsionis.** Au-
reus et medium de eo. cum aqua calida soluunt.

colig

Et tres aurei mundificant complete. et
tempore duo aurei cum aqua mellis solent
adducere flegma et coleram. Et cum ponitur
in medicinis solutiuis expellit nocumentum
earum a stomacho. et ipse est conueniens soluentibus
alius stomachum. Et ille qui est ablutus debilioris
est solutionis. Sed est magis conferens stomacho. Et per-
mixtio ipsius cum melle minuit uirtutem eius
adeo ut forsitan non soluat attrahendo.
Sed extrahat quod ei obuiat. cum tamen uirtus eius quod
purum est non penetret ad illa que in corpore sunt
longinqua. immo non permisceat epar. Et quando
arabicus in potu sumitur. constringit et faciat
dolorem uentris pungitiuum. et soluit.
et remanet uirtus eius in tunicas eius stomachi die
uno et duobus. dare autem aloem in po-
tu in diebus frigoris est timorosum. quoniam
est solet educere sanguinem quodcumque sit alo-
es. et quamcumque aloes sit. Et quando ponitur
cum uino dulci super emoroydas eminen-
tes et scissuras in ano. et abscidit sanguinem
currentem ex eis. Et sanat apostemata ani et
uirge. linitur cum uino. **Venena.** Cum ad
potandum datur in diebus frigoris. timetur
quod faciat solere currere sanguinem. **Perun-
ctio.** Loco eius ponitur duplum ipsius delino.

Abrich aque quid est. Est medicina persica.
Membra capitis. Est bona seruationi
et rationi.

Asuid quid est. Est species nenufaris idem.
Natura. Dicitur filius mesirioh: est calidi
et sicci.

Arduid quid est. Est medicina
sicut cepe scissum.

Arundo quid est. Natura. Arundo est ue-
hementis infrigidationis. Et ramus eius
calidus. **Operationes et proprietates.** Iuuamentum
eius est abstersio pauca sine acuitate. et in
foliis ipsius etiam. **Decoratio.** Cortices
ipsius et radix eius conferunt alopitie. Et
cortices ipsius et radix. abstergunt sordes.
Et radix eius cum cepa siluestri. extrahit car-
nem infixam. **Apostemata et bothor.** Ponuntur fo-
lia eius humida super erisipilam. et conferunt.
Instrumenta iuncturarum. Sedat torsiones
neruorum. **Membra capitis.** Lanugo que est
flos eius quando cadit in aurem facit eue-
nire surditatem. quoniam inuiscatur et non egre-
ditur. **Membra expulsionis.** Prouocat urinam
et menstrua. **Venena.** Confert mor-
dicationi scorpionis.

Abrotanum quid est. Natura. Est calidum
in primo. siccum in secundo. **Operationes et proprietates.**

Arundo .i. canna

Abrotanum ... capitula

Est sbtale amaru. et in ipso sunt acuitas et sbtiliatio. Inquid galienus flos eius habet magis ad finem deveniens quam absinthium et in ipso est apertio. **Decoratio.** Illud quod est adustum confert alopicie. pr cum alchetra. aut oleo de rafano. Et abrotanum quidem confert ad hoc ut nascatur barba que est tarde nativitatis. quando decoquitur cum quibusdam oleis propter suam aperitionem. et constringit sanguinem gingive. **Apostemata et bothor.** Resolvit apostemata flegmatica. Et quando coquitur cum citoniis. confert apostematibus difficilis resolutionis. **Vulnera et ulcera.** Non est conveniens recentibus vulneribus. immo mordicat eas. **Instrumenta iuncturarum.** Et decoctio confert contusioni lacertorum et sciatice antique difficili. **Membra capitis.** Quando coquitur cum oleo. calefacit caput. et removet frigiditatem eius. **Membra anelitus et pectoris.** Et decoctio confert difficultati anelitus dilationis. et quod de eo melius est. est decoctio eius que est in ipso supra. **Membra nutrimenti.** Quando decoquitur cum oleo. calefacit stomachum. et removet frigiditatem eius. **Membra expulsionis.** Provocat menstrua et extrahit fetum. et frangit lapidem vesice. et renum. Et oleum eius calefactum confert coartationi matricis. et difficultati urine. **Febres.** Confert rigori. quando comprehenditur ex eo cum oleo fit unctio. **Venena.** Quando bibitur cum vino. confert venenis. Et quando sternitur interficit animalia venenosa. immo fugat animalia venenosa.

Arbor mane quid est. Est bucho manem. Et iam dictum est de ea. et est tamen specierum. et est una species eius sine fructu. et duae cum fructu. **Membra capitis.** Confert coryze frigide. **Membra oculi.** Confert descensui aque in oculum.

Alumen quid est. Inquid diascorides. species aluminis sunt plurime. sed ille qui est in cura medicine ingrediuntur sunt tres. scissum et humidum. et rotundum. Scissum vero est aliamenti. et est album ad citrinitatem declinans. et stipticitas in quo est acetositas. Et est quod fit flos aluminis. Et invenitur species petrosa in qua non est stipticitas apud gustum. Et ipsum quidem non est de genere aluminis. **Natura.** Est calidum et siccum ad tertium. **Operationes et proprietates.** In ipso est prohibitio et exsiccatio. et prohibet fluxum omnis sanguinis. et prohibet cursum superfluitatum et effusionem earum. et eius stipticitas maior est stipticitate bedeguar. et post corrosivas et tradias eius. Et similiter est forti omni re eius. **Decoratio.** Cum aqua interficit alcarad et pediculos. et fetorem oris. **Vulnera et ulcera.** Cum fecit unum tandundem aluminis. desiccat ulcera difficilia. et herpetem estiomenum. Et similiter postquam fuit de sal gemma. corrosio ad ustionem ignis. **Membra capitis.** Et decoctio confert quando ex eo colluitur os dolori dentium.

Adeps. **Natura.** Est calefactio et inter secundum et tertium. et eius exsiccatio inter primum et secundum. Et quando aduritur. fit eius exsiccatio in secundo. **Operationes et proprietates.** Est maturativum humorum frigidorum. et sedativum dolorum. et carminativum ventositatum. et similiter eius oleum. Et in ipso est lenificatio ultima. Et eius complexio. et est propinquus maturitati apertio. Et quod siccum est. vehementioris est resolutionis. **Apostemata et bothor.** Est maturativum apostematum. **Vulnera et ulcera.** Et cum confert ulceribus tremulis. **Membra iuncturarum.** Et oleum confert doloribus iuncturarum et similium. **Membra capitis.** Fiat sopnum et post eius oleum et eius succus. confert dolori auris melancolico. et exsiccat humiditatem auris. **Membra oculi.** Assiduatio comestionis eius debilitat visum. **Membra anelitus et pectoris.** Anetum et semen eius lac habundare faciunt. et post in sorbitionibus lenibus quod multiplicat lac. **Membra nutrimenti.** Confert singultui repletionis stomachi. et natationem cibi in stomacho. Inquid Galienus et nocet stomacho. Et in semine eius est nocumentum. **Membra expulsionis.** Confert dolori ventris pungitivo. et infrescat spinam quando fit clistere ex eo. aut sedet in ipso. Et semen eius abscidit emoroidas earum. Et eius cinis est bonus. iungere. et testiculis.

Adeps. **Natura.** Adeps anatis est calidior et siccior. deinde adeps castrati. Et adeps castrati decrepiti est lenior. **Operationes et proprietates.** Adeps anatis est sbtilis valde. et calidior adipe galline. Et adeps galli. et adeps galli antiqui. sunt vehementis calefactionis. Et adeps vacce. est media inter adipem leoninam et caprinam. Et adeps adip est sbtilis. et adeps masculi in omnibus eis est fortior. Et adeps decrepiti est lenior. Et adeps caprina est magis stiptica omnibus. Et adeps humana est vehementioris resolutionis. **Decoratio.** Adeps ursi et adeps anseris. conferunt alopicie. Et adeps asini valet valde ad vestigia cutis. Et adeps anseris

Arbor mane / arbor mane [illegible] / [illegible] mane / [illegible]

Alumen tamen i. [illegible] / alumen rotundum i. [illegible]

Hic loquitur auctor de pinguedine.

i. lupus

ualet ad scissuras faciei et labii. Apata et bothor. Adeps porci ualet ad apata.
et adeps leonis. resoluit durities apo-
stematum. Vulnera et ulcera. Adeps porcina
ualet ad adustionem ignis. Mebra capitis.
Adeps anseris. sedat dolorem auris. Et
similiter adeps uulpis. ipsum enim est iuuatiuum ad
illud ualde. Adeps galline confert aspe-
ritati lingue. Mebra oculi. Adeps piscis
confert aquam oculi. et acuit uisum cum melle. Et
adeps uipere recens. confert primo et aqua. et non
renascuntur pili euulsi ex palpebris. Instrumenta inspirationis (?) naturarum. Adeps anatis (?) confert contra
spasmum. Mebra expulsionis. Adeps cap-
rina confert mordicationi intestinorum quando administratur. et confert ulceribus eorum. Et adeps que est
caprina. fortior est in cura ulcerum intestinorum.
quam adeps porcina. Et illud est propter uelocitatem
congelationis eius. sed adeps porcina. uehemen-
ter sedat mordicationem. Adeps que est in gib-
bo cameli suffumigata. confert emoro-
ydibus. Et omnes adipes leues sicut adipes gal-
line et aliorum conferunt doloribus matricis. Et
antiqui sunt eis male. Et similiter adeps an-
seris. confert matrici. Venena. Adeps por-
cina. confert puncture omnium uenenosorum.
et adeps elephantis et ceruini. quando ex eis fit
linimentum. fugat uenenosa. Et adeps
caprina. confert catarrandibus. Et cum ceruino
confert spasmo.

Arbor amicam (?). Natura. Est frigida in primo
sicca in secundo. Decoratio. Linitur super excoriati-
one cum aceto. Vulnera et ulcera. Consoli-
dat uulnera recentia. et linitur super excori-
atione cum aceto. et sanat eam. Et inuol-
uitur cortex ipsius super uulnera. et consolidat ea.

Alleum quid est. Alleum aliud est notum. et aliud est al-
leum porrinum. et aliud siluestre. Et in similium que
sunt amaritudo et stipticitas. et est in quo ualet
alleum serpentis. porrinum autem est compositum uir-
tutis. ex alleo et porro. Natura. Est cale-
factiuum. exsiccatiuum. in tertio usque quartum.
Et siluestre plus illo. Opilationes et pectores (?).
Resoluit inflationem ualde. et est ulcera-
tiuum et adustiuum cutis. Et confert ad al-
terationem aquarum. Decoratio. Bibitur decoc-
tio montanum. et interficiat lendines et pedi-
culos. et unguitur super eos. Et cinis quando
linitur cum melle super morfeam et occultatio-
nem oculi. confert alopitie facte ex mate-
ria putrida. Apata et bothor. Apte dubi-
let intrinsecus. Et cinis eius est conueniens fr.
bothor. Vulnera et ulcera. Exulcerat cu-
tem. cinis eius cum melle super impetiginem et sca-
biem ulcerosam. Et alleum quod est siluestre fa-
cit coherere uulnera fraudulenta. quando
ponitur super ipsa recens. Instrumenta inspirationis (?).
Quando ex eo fit clistere. confert sciatice.
quoniam solet educat sanguinem et humorem
colericum. Mebra capitis. Alleum facit
soda. et decoquitur alleum et assatur. et sedat
dolores dentium. Et collutio ex decoctione
eius confert et dolori dentis. et precipue quando miscetur
ei olibanum. Mebra oculi. Debilitat ui-
sum. et attrahit bothor in oculum. Mebra
anhelitus et pectoris. Clarificat uocem et guttur-
tur decoctum. Et confert tussi antique. et
confert doloribus pectoris ex frigore. et ex-
trahit sanguisugas ex gutture. Mebra
nutrimenti. Confert tremori et frigiditati decoctio.
quam tamen uitetur quod fit ex alleo. et oliuis. et
nuce. Mebra expulsionis. Quando sedetur in
in decoctione foliorum allei et cinerum eius.
prouocat urinam et menstrua. et extrahit secun-
dinam. Et similiter quando supponitur et bibitur. Et si
mulier albis (?) rimorum (?) factus ex eo. predictus.
confert ualde. Et quando datur quantitas aurei
ex eo cum aqua mellis. extrahit flegma. Et
ipsum extrahit lumbricos. et in ipso est solutio
nature. Et autem opinio in coitu est. quoniam
ipsum propter uehementiam sue exsiccationis et re-
solutionis. quoniam nocet. Quod si decoquatur in aqua
donec inueniatur acuitas resoluatur. non elon-
gatur quin sit in quo de eo remanet in elixa-
tura eius parue caliditatis quod non exsic-
cat. et generatur ex eo materia spermatis. ita
ut ponat materias flatuosas in corporibus et
flatuosas auertere non possit eas carmi-
nare. Et quando in uenis contra (?) in uentosi-
tates. non elongatur quin ad iuuet ad desi-
derium coitus. Venena. Confert punc-
ture omnium uenenosorum. et morsui ser-
pentium. quando bibitur cum uino. Et nos quidem
iam experti sumus in. et foliis fici. et cymino.
super morsum mugali confert.

Altea quid est. Nomen eius in greco. deriua-
tum est ex nomine plurium iuuamentorum. Natura.
Calida est cum equalitate. Opilationes et pectores (?).
In ipsa sunt lenificatio. et maturatio.
et mollificatio. et resolutio. et semen et radix
ipsius. sunt iuuatiue eius. et fortiora plurimum.
et plurimum exsiccatiua. et subtiliora. De-
coratio. Linitur super morfeam cum aceto. et
sedetur in sole. Et semen eius forti in illo.
Apata et bothor. Mollificat apata et
phimas (?) et ea. resoluit sanguinea et ma-

Arbor amicam (?) idem est. dardar. uide et sunt duo capitula.

Alleum porrinum id est scalonia. alleum siluestre id est scordeon (?) et sunt duo capitula in [illegible].

a. maluauiscus (?) ol. uiduane (?) ideo (?)

turat uuluam. et confert apostematibus inflatis et scrofulis. Et supponitur cum gumma alboti. ad duritiam matricis. et ponitur cum caulibus super scrofulas. **Instrumenta uncturarum.** Sedat dolorem uncturarum. et precipue cum adipe anseris. et confert sciatice et tremori. et attractioni membrorum lacertorum et extensioni neruorum. **Membra capitis.** Quando fit ex ea emplastrum confert apostematibus que sunt in glandibus aurium. **Membra oculi.** Resoluit tumorem et inflationem que sunt in palpebris. **Membra anelitus et pectoris.** Confert semen eius tussi antique calide. et faciliter efficit sputum. et prohibet sputum sanguinis cum uirtute sue stipticitatis que est in ipso. Et conferunt folia eius apostematibus mamille. Et ponitur in emplastris pleuresis et peripleumonie. **Membra nutrimenti.** Et gumma sedat sitim. **Membra expulsionis.** Decoctio radicis eius confert quando bibitur ardori urine et ardori intestinorum. et etiam apostematibus ani. Et similiter folia eius. Et similiter solutioni male. Et supponitur semen eius cum gumma alboti ad duritiem matricis et coartationem. Et similiter decoctio eius soluit. Et mundificat superfluitates fetarum. Et decoctio radicis eius quando datur in potu cum uino. confert difficultati urine et lapidi et precipue semen eius. Et gumma eius retinet uentrem. **Venena.** Quando linitur cum aceto et oleo. prohibet nocumentum uenenosorum animalium. Et confert decoctio eius cum aceto commixto aut cum uino. puncture apis. Et illud fit liniendo sic extrinseco.

Affodillus .i. centum capita . et albucium idest

Affodillus quid est. Folia eius sunt sicut porri de scerni. Et habet crus planum. super cuius caput est flos. Et habet radices longas rotundas sicut clauis. et acris. **Natura.** Est calidus et siccus. Quidam tamen dixerunt quod est frigidus et humidus. et elongati sunt. **Operationes et proprietates.** Est abstersiuus. resolutiuus. et precipue radix eius. Et quando teritur fit calefactiuus et exsiccatiuus. et plus eo radix eius. Et uirtus eius est sicut uirtus dracontee crispe. **Decoratio.** Confert alopicie et serpigini. et precipue cinis radicis eius. Et quando linitur ad augmentum morfee albe. et sedet in sole. confert. **Apostemata et bothor.** Radix eius cum fece uini ponitur super apostemata glandosa omnia. et super carbunculos. Et quando ex ea fit emplastrum cum farina ordei. confert in inceptione apostematum calidorum. **Vulnera et ulcera.** Quando ponitur radix eius cum fece uini super ulcera fraudulenta et sordida. confert eis. **Instrumenta uncturarum.** Confert contusioni lacertorum et torsioni. **Membra capitis.** Quando distillatur succus eius solus. aut cum thure et melle. et mirra. et uino. confert saniei mature. Et quando distillatur in aurem diuersam a dolore molaris. confert dolori molaris. **Membra oculi.** In succo radicis eius est iuuamentum ad oculum. **Membra anelitus et pectoris.** Quando in potu datur de eo pondus aurei cum uino. confert dolori utriusque lateris et tussi. Et eius radix cum fece uini est bona apostematibus mamille. **Membra nutrimenti.** Confert bicticie. **Membra expulsionis.** Prouocat urinam et menstrua. Et eius fructus et flos. quando in potu dantur cum uino. soluunt. Et ex radice eius cum fece uini fit emplastrum bonum apostemati testiculorum. **Venena.** Dantur de eo tres aurei ad morsum animalium uenenosorum. Et quando datur ad bibendum fructus et flos eius cum uino. confert magnifice mordicationi scorpionis et brutis quadraginta quattuor cum semis que soluit.

Acetum. Natura. Est compositum ex caliditate et frigiditate. et habet ipsi sicut subtiles. Et frigiditas que est magis dominans. Et in quo est acredo est calidum. sicut non est est frigidum et humidum. et decoctio diminuit de eius frigiditate aliquid. **Operationes et proprietates.** Est fortis exsiccationis. et prohibet effusionem materiarum ad interiora. et subtiliat et incidit. Et quando bibitur aut effunditur super fluxum sanguinis sistit eum extra. et prohibet ipsum. et prohibet apostemata ne sit in principio ut accidat. et adiuuat ad digestionem. Et adusat flegmatici. et ipse quidem est conferens colericis. et nocens melancolicis. **In decoratione.** Linitur cum melle super uestigia sanguinis et confert. Verumtamen ipsius multitudo attenuat. **Apostemata et bothor.** Prohibet aduentum apostematum et ambulatiuorum cancrenarum. et sanat erisipilam. comestum et bibitum et linitum. et prohibet ambulationem omnis apostematis. et confert panaricio. Et confert formice et erisipile quando ex eo liniuntur. et prohibet ut non procedat apostema. **Vulnera et ulcera.** Quando ponitur super uulnera lana infusa aceto. prohibet ea apostemari. Et confert ulceribus ambulatiuis et scabiei. et impetigini. Et confert ad ustionem ignis. uelociter omnino. **Instrumenta uncturarum.** Est nocumentum neruis. et quando embrocatur cum sulphure super podagram. confert. **Membra capitis.** Quando miscetur cum uncto olei aut oleo rosato. et conquassatur et infunditur in eo lana non abluta et ponitur super caput. confert soda calide et fortitudini. Et similiter ex eo et

Nota. Acetum in adustione ignis.

colutio. et si fit cum alumine confert motui dentium. Evaporatio aceti calidi. confert difficultati auditus et acuit ipsum. et aperit opilationes colatorii fortiter. et resolvit sonitum. Membra oculi. Linitur cum melle sub occultatione que est sub oculo. Et eius assiduatio debilitat visum. Membra anelitus et pectoris. Minorat uvam. et ab sac. gargarismus ex eo factus. fluxum humoris ad guttur. et sanat uvam que cadit. Et sorbetur ad sanguisugas et ad tussim antiquam. et ad difficultatem dilatationis calefactum. Membra nutrimenti. Et confert stomacho calido et humido. dissolvit appetitum. et adiuvat ad digerendum. Et totum id est quod proprie stom. Et vaporatio aceti resolvit ydropisim. Sed eius assiduatio. quoniam adducat ad ydropisim. Membra expulsionis. Infrigidat matricem. Et fit clistere ex aceto calefacto et sale. ad ulcera intestinorum ambulativa post clistere lenitivum. Venena. Effunditur super morsus venenosorum. et confert ei qui in potu sumpsit opium et iusquiamum. Et acetum sumptum de uva agresti cum sale. confert morsui canis rabiosi et reliquis. Et quando bibitur calefactum post medicinas mortales. et confert.

Ferrum. Natura. Est equale subtile. Operationes et proprietates. Limatura eius ingreditur in medicinas melancolie. Et melius cauterium et velocius sanabile est quod fit cum cauterio auri. Decoratio. Retentio ipsius in ore. removet fetorem oris. Et ingreditur limatura in medicinas alopitie et serpiginis. linimentis. et in eis que bibuntur. Membra oculi. Confortat oculum in alcohol positum. Membra anelitus et pectoris. Confert doloribus cordis et tremori ipsius. et malitie. et ei qui solus loquitur.

Aromaticum quid est. Dictum est in capitulo calami aromatici. Membra nutrimenti. Et dicitur quod non est res melior eo ad adustiones ignis cum oleo rosato et aceto. et confert apostematibus stomachi et epatis. et ydropisi.

Agaricum quid est. In quo fuit mesangue. Est masculus et femina. Et est agaricum quod est simile radia anitide. Et exterior pars eius non est rara. sic exterior pars radicis anitide. Et dixerunt quidam quod generatur in arbore corrosa secundum similitudinem putrefactionis. et in sapore eius sunt acredo et stipticitas. Et eius species est acria. rara. subtilis. Electio. Illud quod est melius est album velo-ce frangibile. porosum valde. planarum extremitatum. in cuius amaritudine invenitur dulcedo. et fractum huius frusta super posita. et est femina. Illud vero quod masculus. non est bonum. Et durum et nigrum. ambo sunt mala valde. Natura. Calidum est in primo. siccum in secundo. Operationes et proprietates. Est resolutivum. incisivum grossorum humorum. aperitivum omnium opilationum. subtiliativum. Et dixerunt quidam. inpositum est vel stipticum. Et in principio sui gustus est quasi dulcedo. deinde amaritudo. Apostemata et bothor. Confert omnibus apostematibus. Instrumenta iuncturarum. Datur in potu cum sirupo acetoso ad sciaticam. et est ex eis que mundificant superfluitates nervorum proprietate que est in ipso. Et confert egritudini lacertorum et casui. Et potio ex illo. fit tres karates. et si adest febris. tunc detur in mellicrato. aut iulep. Membra capitis. Confert patientibus epilensiam. et mundificat superfluitates cerebri proprietate que est in ipso. Membra anelitus et pectoris. Confert asmati pulmonis quando in potu datur cum rob. et sit potio eius usque ad aureum. Et quando ex eo in potu dantur tres aureus. cum aqua. confert sputo sanguinis ex pectore. Membra nutrimenti. Confert hicteric. et datur ad bibendum cum oximelle ad apostema splenis. Et quando solum masticatur et deglutitur. confert dolori stomachi. et eructuationi acetose. Et datur in potu de eo ad dolorem epatis. aureus. Membra expulsionis. Solutivum educat humores grossos diversos melancolicos flegmaticos. et colere rubee. cum sumitur ex eo ab uno aureo usque ad duos aureos. et si fit cum mellicrato. Et quando adiuvat medicinas solutivas. et facit eas pervenire usque ad extrema corporis. et provocat urinam et menstrua. et sedat dolorem renum. Et eius potio ad id est aureus. et confert suffocationi matricis. Febres. Confert tremori et febribus antiquis et crossis. quando bibitur ex eo aureus cum vino. usque ad dragmam. Venena. Cum de eo in potu datur usque ad aureum. est magnum iuvamentum ad illud. Et fit ex eo emplastrum ad puncturam omnium venenorum frigidorum.

Blatte bizantie quid est. Sunt frusta similia unguibus boni odoris. aromatica. que administrantur in suffumigationibus. In quo dicit Diascorides. Est ex genere ostracorum ostrearum. assumitur ex insula que

est in mari indie. in loco cui dicitur spica.
Et sunt ex eis que sunt de mari rubro. et
alie sunt babilonice nigriores. parue.
Et alie sunt boni odoris. Et extimo quod
ille que sunt de mari rubro. sunt ille que
nominantur curasciae. et dicitur quod ipse sunt ad le-
nis caritas et cautis. Et quoniam cadit aliquid
ab albedine. Et plurime harum sunt me-
chie. et exhibuntur ex gedde. Et iste quidem
medicantur et purgant. et sunt bone. **Electio.**
Ex eis meliores sunt ille que ad albedinem
declinant inuenite in mari rubro. et in
alieniem. et duobus maribus. Sed babilo
nice sunt nigre. parue ualde. Vendi
tores uero medicinarum dicunt quod bone ex
eis sunt duorum marium. deinde mekie.
deinde algeddur. et fortasse ad ex eis
cadit ad lede. **Natura.** Calide sunt et
sicce in secundo. et earum siccitas fortasse
uicina est tertio. **Operationes et proprietates.** Sunt
subtiliatiue. **Membra capitis.** Earum suf
fumigatio confert epilepsie. **Membra ex-
pulsionis.** Earum suffumigatio excitat
illa que habent prefocationem matricis. et cum bi
buntur cum aceto mouent urinam. quamcumque
generis earum fuerit.

Ben quod est. Est semen magnum. maius
cicere. declinans ad albedinem quandam. Et
habet medullam unctuosam leuem. **Natura.**
Calidum est in tertio. siccum in secundo. **Operati-
ones et proprietates.** Est mundificatiuum precipue
ipsius medulla. et incisiuum humiditatum gros
sarum. Et aperit cum aceto et aqua opilati
ones uiscerum. et in arbore ipsius est amari
tudo plus et stipticitas. Et propter hoc est in ipso
uirtus cauterizatiua. Et eius cortex est stipti
cus plus. Et oleum ipsius non euacuatur a stip
ticitate. Et in ipso toto est abstersio et in
cisio. **In decoratione.** Semen eius confert len
tiginibus magnis. et lentigini paruis.
et panno et morfee. et uestigiis ulcerum.
et similiter eius oleum. **In apostematibus et botor.** Con-
fert apostematibus duris omnibus cum ponitur in emplastro
et neruas. **In uulneribus et ulceribus.**
Confert cum aceto excoriationi et scabi
ei ulcerate. Et confert bothor lacteis
et calaphati. **Instrumenta iuncturarum.**
Calefacit neruos et leuificat spasmum
et duritiem neruorum. et precipue oleum eius. **Membra
capitis.** Absscindit fluxum sanguinis stip
ticitate sua. et conuenit oleum eius dolori
auris. et sonitui que in ipsa. precipue cum adi
pe anatis. Et decoctio radicis eius con

fert dolori dentium cum os ex eo colluitur.
Membra nutrimenti. Confert duritiei epa-
tis et duritiei splenis quando bibitur cum ace-
to. mixtum ex eo pondus duarum ʒ. Et quando
coniungitur cum fermento aut farina loly.
et aqua alkaramin. aut farina kebi. aut
farina lupini. et fit ex eo emplastrum splenis.
Et ipsum quidem est malum stomacho faciens nause-
am. Et si bibitur ex succo eius aureus u-
nus cum melle. facit uomere fortiter. et sol
uendo educit. Et similiter eius fructus. **Membra
expulsionis.** Aureus seminis eius soluen-
do educit flegma crudum. cum bibitur
cum melle. Et similiter eius oleum. et similiter cum
supponitur licinium infusum in ipso. **Purifi-
catio.** Loco eius ponitur quantum ipsum est de rube-
a. et medietas sui de cassia lignea cor-
tice. et decima ponderis eius de macis.

Bedeguar quod est. Est spina alba. et est
similis albasfelchen. uerumtamen est uehementius
alba et habet longiores spinas. et similantur
spine eius foliis amomi. uerumtamen sunt
subtiliores et uehementius albe. Et eius stipes
quandoque peruenit ad duos cubitos. et eius flos
est purpureus. et semen ipsius est sicut semen
kartami. uerumtamen est uehementioris ro-
tunditatis. **Natura.** In radice ipsius est
infrigidatio. et exsiccatio cum resolutione
quadam. Semen uero eius est calidum et subtile. Et
dixerunt quidam quod tota est calida ualde.
Operationes et proprietates. In ipsa est uirtus reso-
lutiua et apritiua. et precipue in semine eius.
Et in ipsa est retentio fluxus sanguinis.
et eius retentio est equalis. **In apostematibus et bothor.**
Confert apostematibus flaciis. propter illud
quod est in ipsa de resolutione et constrictione. quando
fit ex ea emplastrum. et ex radice eius proprie.
Instrumenta iuncturarum. Confert spas-
mo propter illud quod est in ipsa de corroboratione equali
cum resolutione. Et semen eius confert infanti-
bus quando bibunt ipsum propter corruptionem in
motibus lacertorum. **Membra capitis.** Col-
lutio oris facta ex succo eius. sedat do-
lorem dentium. **Membra anhelitus et pectoris.**
Confert sputo sanguinis. et precipue radix
eius. **Membra nutrimenti.** Confert debilita-
ti stomachi. et aperit opilationes. **Membra expul-
sionis.** Confert solutioni antique. et precipue
stomatice. et precipue radix eius. et est prouocati-
ua. **Febres.** Valet febribus flegmati-
cis longis. et cum eis est debilitas stomachi.
et omnibus febribus antiquis. **Venena.** Confert
si masticatur. et si ponitur super puncturam

scorpioru. attrahit uenenu. Et sibilat
sem ei cofert morsure ueneno sor rep
tiliu. Permutatio. Loco ei in febribus po
nit fum ter.

Balsami. qd e. Est arbor egyptia na
scens in loco q dr ocls solis. tm. cui fo
lia 7 odor rute silant. Sz ipm declinat
ad albedine. Et ei statura e statura
arboris ciusca. Et ei qd e oleu. e meli
seminis ipi. Et sem forti ligno ipi 7 oib
mois. ei u oleu sumit. ita ut inciditur
cu ferro p ortu asceiule. 7 aggat q
de incisionib resudat. cu choro. Et uz
puisit in anno q e quiquaginta usq ad
sexaginta libras. Electio. Experientia
olei ipi. e cogelatio lactis stati sup
ipz distillat. 7 pmixtio ei cu aq. 7 in
spissatio ipi. 7 cfuatio sue solidita
tis in aq. 7 ablutio ipi aceto. 7 subtili
tas odoris ei. adulterat aut cu oleo
de pino 7 oleo de mastice. 7 cera disso
lutis in oleo d alchana. Et q ex eo me
lius e. e recens. crossu aut 7 uet n hr u
tute. Natura. Ei lignu e calidu 7 sicu
